



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

Liber XCIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)



HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
LIBER XCIII.



JOANNES XXII PONTIFEX MAXIMUS.
LUDOVICUS BAVARUS OCCIDENTIS,
ANDRONICUS II ORIENTIS IMPP.

§. I.

Guelfi capita extollunt in Lombardia.

In Italia crescentibus semper turbis Sæcul. XIV.
Guelforum & Gibellinorum factiones A. C. 1323.
magis magisque incalescebant. Mat-
thæus Pro - Comes finito Junio 1322
naturæ

Sæcul. XIV. naturæ concesserat annos natus duos &
A. C. 1323. septuaginta. Paucis ante diebus in pri-
 marium Mediolani templum convocato

Corio. p. 449. Clero, ibi ad aram contenta voce recita-
Rayn. 1322. verat symbolum apostolicum: tum ere-
n. 10. ctus clamabat: Hæc est fides, quam te-
 nuï per omnem vitam meam: siquid a-

liud de me dictum est, falsum fuit: ta-
 bulasque publicas confici hac de re vo-
 luit. Exiliter ac secreto sepeliebatur, ut
 ne Papa humo sacra eum excluderet,
 quem anathemate devinctum reputaret.

Cor. p. 454. Quinque reliquit filios Galeatium, Mar-
J. Vill. l. 9. cum, Luchinum, Joannem, qui postea
c. 180. 183. Mediolanensis Archiepiscopus evasit, ac
 Stephanum. Galeatius ætate primus

ex urbe pulsus per adversas partes, sed
 post mensem reversus eam sub ditione
 servavit sua.

Rayn. 1323. Quandoquidem Gibellinorum in Lom-
n. 25. bardia caput erat, hanc factionem e-
 versurus Papa Joannes copiis ibi suis Ro-

berti Neapoleos Regis, Guelforumque
 in Italia foederatorum vires conjunxit ac
 Germanos plurimos, qui crucem indue-
 rant in Ecclesiæ hostes ituri. Peculia-
 rem Papæ militem Legatus Bertrandus
 Pojetus Cardinalis Presbyter de S. Mar-
 cello, Neapolitanum Raymundus Cardo-
 nius ducebant. Palmas Gibellinis a-

liquas præripuere, ita, ut Canus Scalius
 Vero-

Veronæ, Passarinus Mantuæ Domini, & alii quidam cum Papa in gratiam redeundi causa profiterentur ei se debere loca, quæ nomine Imperatoris tenere se perhibuerant. Igitur eos a censuris absolvendi copiam Papa Legato dedit.

Sed Gibellinorum animos erigebant Legati, quos Imperator Ludovicus Bavarus in Lombardiam miserat. Competitorem Imperii non habebat amplius victor Friderici Austriaci, qui cruenta in pugna die Martis 28 Septembris 1322 captus assertum sibi jus Imperii abdicaverat, ut acciperet libertatem. Legati proin mense Aprili an. 1323 a Ludovico missi Bertrandum Placentiæ rogabant, ut ne Mediolanum urbem ad Imperium spectantem invaderet. Nempe obsessam acriter premebat exercitus Ecclesiæ. Bertrandus reponebat: Quando dabitur Imperator legitimus, Ecclesia non violare jura ejus sed conservare cupit. Miror autem vestrum Dominum velle tueri ac fovere hæreticos: atque potestatem vobis scripto traditam & sigillo ejus munitam mihi monstretis, oro. Legati metuebant, ne Ludovico Ecclesiæ indignationem accerferent, si exhiberent scriptum favens iis, qui contra illam insurrexissent. Itaque inficiati habere se potestatem dicendi, quæ memorassent, petita venia discedebant Lucam & Pi-

Hist. Eccles. Tom. XXIII.

O sto-

Sæcul. XIV.
A. C. 1323.

*Vill. c. 174.
193. Alb.
Arg. p. 122.*

*c. 195.
Rayn. 1323.
n. 28.*

Sæcul. XIV.
A.C. 1323.

Vill. c. 212.

storiam unus, reliqui Mantuam & Veronam, negotia gesturi sua. Gerebant vero tam prospere, ut harum aliarumque urbium Gibellini a Mediolanensibus acciti ad Comitem Bertoldum legationis caput coirent, & illos obsidione liberarent mense Junio an. 1323. His eventibus adversis impulsus Papa Imperatorem Ludovicum infectari statuit, quod tribus post mensibus fecit.

§. II.

Thomas Aquinas Sanctis adscribitur.

Boll. to. 6.
p. 686. 681.
682.

Interim Papa decidit causam de Thoma Aquinate inter Cælites referendo quatuor abhinc annos coeptam instantibus Maria Hungarica Siciliæ Regina, Regis Caroli Claudi vidua, ejus filio Philippo Tarenti Principe, multis regni Proceribus, urbeque ac Universitate Neapolitana. Aliquot Fratres Prædicatores ab eis ad Romanam missi curiam Avenione Papæ itineris sui scopo exposito allatas epistolas tradidere. Is nunciis proximum senatum sacrum expectare jussis, facta ibi rei propositione Cardinalibus ita loquebatur: Hunc Virum Sanctis annumerare, dummodo miracula inveniantur aliqua, nobis ac Ecclesiæ nostræ gloriosissimum

sissimum ducemus: quia præ cunctis Do-
 ctoribus reliquis Ecclesiam illustravit: Sæcul. XIV.
A.C. 1327.
 & qui libros ejus legit, inde plus anno
 uno, quam ex aliis per totam vitam
 suam proficit. Cum Cardinales idem
 sentirent, Papa primum tres eorum in
 Romana curia Fratris Thomæ vitam &
 miracula summam perquirere, dein post
 illorum relationem ea in locis ipsis am-
 plius indagare voluit Humbertum Ar-
 chiepiscopum Neapolitanum, Angelum
 Episcopum Viterbinum, & Pandulphum
 Savellium Notarium suum: mandatum
 dedit 13 Sept. an. 1318. Quapropter
 inquisitio inchoata fuit die sabbati 21
 Julii anno 1319. Eo die Guilielmus
 Toccinus Beneventini Prædicatorum
 cœnobii Procurator Humberto & An-
 gelo Neapoli in illius conclavi litteras
 mandati præbuit: curabant igitur citari
 testes: quos audire cœperunt die lu-
 næ 23 Julii. Erant hi vero Abbas &
 complures Monachi Cistercienses Fossæ
 Novæ, ubi Vir sanctus obierat, aliquot
 Fratres Prædicatores, Presbyteri sæcu-
 lares, ac Viri nobiles præclaris regni
 muneribus præfecti. Hæc investigatio
 finita fuit 18 Septembris: eamque secu-
 ta est altera. Ex utraque composuit
 Sancti vitam Frater Guilielmus Tocci-
 nus. Papa omnia ad se relata discussit
 sedulo cum Cardinalibus: ac testimonia
 sufficere

p. 87.

p. 688.

p. 715.

p. 716.

Sæcul. XIV. sufficere videns, tandem 18 Julii an. 1323
A.C. 1323. Avenione cunctos ad Præsules dabat lit-
Bullar. Jo. teras, in quibus Beati Thomæ Aquina-
XXII. tis vitam præcipuaque miracula sum-
const. II. matim cum retulisset, eum declarat San-
 ctum, & qua obiit, septima Martii publi-
 ce coli jubet.

§. III.

S. Elzearius Ariani Comes.

Sur. 27. **Sept.** **Baillet. Cod.** Eodem anno Parisiis vitam posuit S. El-
 zearius seu Eleazarus Ariani Comes
 ex illustri familia Sabranorum in Pro-
 vincia. Anno 1295 Ansesiæ paterna in
 arce natus educatorem habuit suum pa-
 truum Guilielmum Sabranum Abbatem
 ad S. Victorem Massiliæ. Decennis erat,
 cum Carolus Claudus Siciliæ Rex ac
 Provinciæ Comes Massiliæ agens ei de-
 spondendam curavit Delphinam Glandevanam duodecim annorum virguncu-
 lam. Post triennium, scilicet anno 1308
 solenni ritu in facie Ecclesiæ matrimo-
 nio juncti, sed non nisi post tres dies ad
 societatem vitæ admitti sunt. Tum Del-
 phina sponso dicebat suo se a parentibus
 invitam nuptui collocatam esse, ac sta-
 tuisse illibatum virginitatis florem ad ex-
 tremum usque spiritum conservare. Mi-
 ratus hæc verba Elzearius consensit in
 sponsæ desiderium; quæ primam noctem
 illam

ilam sacris precibus transigebat: perge-
bantque ut frater ac soror vivere. Eo-
dem anno quanquam vix primo puber-
tatis suæ vernum jejunium totum sancte
colebat: & anno proximo Assumptæ in
coelum Virgini sacra die brevitatem
vitæ ac rerum fluxarum vanitatem con-
siderans abjecta cupidine relinquendi
posteris perfectam servare continentiam
decrevit.

Sæcul. XIV.
A.C. 1323.

Sur. 6. 7.

Postquam in arce Anfesia sub avo
moderatore suo septem ab inito conju-
gio annos traduxerat, vicesimum ætatis
agens accepit copiam transeundi ad
castrum, quod dicebatur Mons Michaëlis,
Delphinæ obnoxium. Hic tribus hæ-
rebant annis; liberque ac sui juris factus
Elzarius pro domo sua præscriptum
condidit alia inter puncta imperans, ut
Equites, Matronæ, juvenesque ac puel-
læ nobiles quavis hebdomade pro sa-
cro tribunali se sisterent, singulisque men-
sibus divino vescerentur epulo; ut Ma-
tronæ Virginesque nobiles horas matu-
tinas exercitiis pietatis, pomeridianas
aliquo labore manuum contererent; ut
quolibet vespere sacrum colloquium co-
ram se fieret. Tum vero ipse virtutis
studium miro ardore commendabat.
Coenobium potius quam magni Domini
aulam dixisses ejusdem domum. Hu-
jus ad exemplum familiam suam confor-

c. 18.

Sæcul. XIV. marunt alii, quin etiam quidam Epis-
 A.C. 1323. copus.

c. 22.

Anno ætatis vigesimo tertio, seculi decimo octavo, cum patrem amisisset suum, evasit Comes Ariani urbis in regno Neapolitano sitæ; cujus possessionem capturus primum in Italiam venit. Sed Ariani cives commota seditione per triennium cum eo gerebant bellum. Reduxit illos ad officium per patientiam suam: & acceptas injurias vindicandi nequaquam cupidum colebant tandem ut Dominum; amabant ut patrem suum.

c. 24.

Comitatum Arianensem, & baronatum Ansesianum ære alieno graviter pressos invenit: quod ut paulatim dissolveret, partem proventuum sequestro dabat. Observabat, qualem agendi rationem tenerent sui administri justitiæ, curabatque, ut fontes ad mortem condemnati serio de criminibus dolerent suis.

s. 25. 26.

Triennio post, nempe anno 1321 die S. Magdalenæ 22 Julii cum Delphina nuncupavit votum perfectæ continentia; ut pridem antea secum constituerat. Tertium quoque S. Francisci Ordinem amplexi sunt.

s. 27.

Sequente anno 1322 Rex Robertus Elzeario erudiendum commisit suum filium natu majorem Carolum Calabriae Ducem: brevique mutati magnopere cernebantur mores juvenis hujus

jus Principis, cui Rex parens suus gu-
bernandum se absente regnum reliquerat
in Provinciam abiens. Ita Comiti El-
zeario Princeps simul ac subditi erant re-
gendi. Quocirca qui causas orabant in
curia, illum priorem adibant, utque fa-
ventem sibi redderent, sæpe multas auri
uncias, aliave dona grandia ei offere-
bant. Sed omnia recusabat ab utilitatis
suæ studio alienissimus: e contrario pau-
peres in hac curia protegebat.

Rex Robertus eum postea in Fran-
ciam misit acturum de connubio Calabriae
Ducis jam vidui: nam prima ejus con-
jux Catharina Austriaca decesserat 15
Jan. 1323. Ille legatione sua tam bene
functus est, ut reapse Carolus Calabriae
Dux, & Maria Caroli Valesiæ Comitis
filia nuptiis jungerentur. At Elzearius
Parisiis periculoso correptus morbo, ac
se proximum morti sentiens totius vitæ
noxas exposuit Francisco Maironio ce-
lebri Doctore ex Ordine Fratrum Mino-
rum in Provincia nato, sed tunc Parisiis
agenti. Hujus morbi tempore Comes
Elzearius quotidie rem divinam in cu-
biculo suo fieri curabat, sacra confes-
sione conscientiae maculas eluebat sæ-
pius, ac denique declarabat Delphinam
conjugem suam a se relinqui Virginem,
sicut eam accepisset. Sanctissimo Viati-
co ac extrema Unctione munitus 27

O 4

Sept.

c. 32.

Sæcul. XIV. Sept. an. 1323 spiritum Deo reddidit, annos viginti octo habens: ac sepultus est in veste S. Francisci apud Fratres Minores Parisinos. Sed eodem anno in Provinciam ad Franciscanos Aptæ Juliæ habitantes translatus est, ut jusserat, eo quod arx Ansesia hanc ad diœcesim spectaret. Ad tumulum ejus multa fiebant miracula: & a Papa Urbano V Sanctorum ordinibus assertus fuit an. 1369 adhuc vivente Delphina sponfa sua.

Vading.
1323. n. 40.

§. IV.

*Papæ litteræ contra Ludovicum
Bavarum.*

Rayn. 1323.
n. 30
Bzov. eod.
n. 4.

Papa Joannes veritus, ne Ludovici Bavarum rationem agendi approbare per suum silentium videretur, monitionem edidit, cujus hæc erat summa. Postquam Sedes apostolica Imperium Romanum a Græcis ad Germanos & ad Carolum Magnum transtulit, Imperatoris electio certos ad Principes pertinet: qui post mortem Henrici Luxemburgii in diversa, ut fama est, euntes suffragia, partim Ludovicum Ducem Bavarum, partim Fridericum Austriæ Ducem elegerunt. Nostrum erat rem discutere ac ferre sententiam. At Ludovicus mox Romanorum Regis titulum, quin etiam admini-

administrationem jurium Imperii sibi asseruit per gravem contemptum Romanæ Ecclesiæ, ad quam attinet Imperium vacans. Illo ex titulo juramentum fidelitatis a fiduciariis Imperii clientibus tam sacris quam profanis in Germania & quibusdam Italiæ partibus exegit, recepitque, ac de dignitatibus & muneribus Imperii pro arbitrio suo statuit, sicut his diebus suum filium natu majorem palam creavit Marchionem Brandenburgicum. Præterea se declaravit fautorem defensoremque hostium Romanæ Ecclesiæ, velut Galeatii Pro-Comitis, ac ejus fratrum quanquam ex præscripto juris de hæresi damnatorum.

Idcirco nequis similia deinceps audeat, ut tueamur Ecclesiæ jura, & hunc Principem ab errore suo deducamus, his eum litteris monemus, ut tres intra menses ab administratione Imperii & a defensione hostium Ecclesiæ desistat, alioquin anathema ipso facto subiturus; mandamusque, ut omnia, quæ post assumptum Romanorum Regis titulum fecit, pro viribus suis revocet. Si non pareat, contra illum etsi absentem statuemus, quod æquitas poposcerit. Præterea prohibemus, nequis hominum in rebus ad Imperium administrandum atinentibus Ludovico Bavaro morem gerat, opemve afferat aut consilium. Et

Sæcul. XIV.
A.C. 1323.

Sæcul. XIV.
A. C. 1323. huic inhibitioni nostræ nullum fidelitatis vel aliud juramentum obstare, sed quolibet infirmatum volumus. Inobsequentes justis addicimus pœnis: ac Præsules quidem aliosque Clericos muneribus suis abstinere jubemus: urbes vero, focietates, & homines profanos, quacunque demum dignitate floreant, non modo cunctis privilegiis suis privamus, verum etiam anathemate devincimus; ac eorum terras interdicto afficimus. Dabat 9 Oct. anno 1323.

§. V.

Ludovicus reclamatur & appellatur.

Rayn. n. 33.
n. 34.
Hervart.
an. 1324.
n. 34.

Imperator per rumorem publicum rem edoctus ad Papam misit Albertum Hospitalarium Equitum per Germaniam Magistrum, Grustorpium Archidiaconum Virseburgensem, ac Henricum Pragensem Canonicum, qui perquirerent causas hujus monitionis, atque dilationem poscerent. Mandatum illis dabat Norimbergæ 12 Novembris. Sed cum in viam se dedissent die dominica 18 Decembris Ludovicus Norimbergæ conventum habuit: ubi coram Nicolao Episcopo Ratisbonensi, multisque Viris in dignitate positis loquebatur in hanc sententiam. Nos Ludovicus Romanorum Rex coram vobis adsumus, velut

velut si coram Papa essemus, cui nos si-
stere haud possumus ob locorum longin-
quitate, ac breve nimis tempus nobis
præstitutum. Comperimus Papam edi-
disse contra nos litteras, ac in his de ti-
tulo Regis perperam sumpto nos arguis-
se. Subjungebat cæteras illius expro-
brationes. Dein addebat: Nos ita re-
spondemus: Omni hominum memoria
antiquior, & ubique, præsertim in Ger-
mania notus mos est, ut Romanorum
Rex, cum primum per Principes Electo-
res cunctos, aut per majorem illorum
partem electus, consuetisque in locis co-
ronatus est, nominetur & agnoscat
Rex, libere regia jura exerceat, neminem
non obedientem habeat, fidelitatis ju-
ramenta recipiat, provincias ac prædia
fiduciario jure conferat, de regni bonis,
dignitatibus, ac muneribus publicis pro
arbitrio suo statuatur. Constat autem
manifesto, nos per majorem Electorum
partem cooptatos, & in locis solitis im-
positam nobis coronam esse. Denique
decem fere annis eam ita possedimus, ut
Papa nihil moveret contra.

Proinde injuriam nobis facit, dum
perhibet nos titulum & functiones Regis
perperam usurpasse; dum id asserit non
inspecta lege, non audita parte, non dis-
cussio negotio, nec observato ordine ju-
diciali; dum exigit, ut abjiciamus no-
men

Sæcul. XIV.
A.C. 1323.

n. 39.

Sæcul. XIV. men regium, ut gubernacula regni o-
A.C. 1323. mittamus, ut nos de gradu dimoveamus
 ipsi. Cum teneamus clavum Imperii,
 a vero abludit hoc vacare, ac illi admi-
 nistrandum esse. Minime vacat, quia
 in ejus possessione sumus. Sed nec
 illud concedimus tam simpliciter, ut is
 proponit, Sacræ Sedis esse, ut examinet,
 probet, aut rejiciat nostri electionem ac
 personam nostram. Si hoc jus ad illam
 pertineret, tum demum forsan ita foret,
 quando res per querimoniam vel appel-
 lationem ad eam deferretur; aut si ab
 ea postulassemus coronam imperatoriam,
 & Papa legitimas hujus denegandæ
 causas haberet. Adjungit nos præsi-
 dio fuisse Galeatio Pro-Comiti & fra-
 tribus ejus de hæresi condemnatis, non-
 nullisque aliis contra Ecclesiam Roma-
 nam rebellibus, quos tamen haud no-
 minat. Id vero nos omnino latet. Ne-
 scimus, an Pro-Comites de hæresi sint
 damnati; & conjicimus rebelles in Ec-
 clesiam vocari aliquos, qui fideles Im-
 perio sunt. Sed Papa ipse potius fa-
 vet hæreticis, quia Præsules apud eum
 accusarunt Fratres Minores, quod sa-
 cras confessiones detegant; has tamen
 querelas hucusque dissimulans omisit
 tanto mederi malo, & Fratrum fautorem
 se demonstravit. Addebat postea Lu-
 dovicus: Videntes igitur Papam velle
 alterum

v. 64.

alterum de duobus luminaribus magnis Sæcul. XIV.
 extinguere, ac jura Imperii abolere, quo- A.C. 1323.
 rum conservationem juravimus, appel-
 lamus ad Sedem apostolicam pro no-
 bis & omnibus iis, qui provocationi no-
 stræ adhærere volent; & petimus con-
 vocationem concilii generalis, cui inter-
 esse ipsi cupimus. Quæ Imperator Lu-
 dovicus hoc in conventu exposuit, o-
 mnia consignata sunt litteris autori-
 tate publica summopere confirmatis.

§. VI.

Decretalis: Cum inter nonnullos.

Quidquid hic Princeps dixerit, Papa
 Fratres Minores non sic fovebat,
 ut non hoc ipso anno sanctionem ede-
 ret contra eorum opinionem de pauper-
 tate Evangelica. Hæc quæstio identi-
 dem agitabatur acerrime: & Papa do-
 ctissimos Theologos consulere pergebat,
 ut anno priore fecerat. Cardinalis Si-
 mon Archiacius Archiepiscopus Vien-
 nensis ei tradidit Universitatis Parisinæ
 consultationem, in qua illa quæstio fu-
 sissime utramque in partem ventilabatur;
 & conclusio erat, Christum & Apostolos
 usum juris, quin etiam dominium qua-
 rundam rerum communiter habuisse, eo
 quod juste illas possiderent, iisque u-
 terentur. Nominatim Natalis Hervæus
 Brito

ap. Rayn.
 1323. n. 30.

n. 58.

Sæcul. XIV. Brito Prædicatorum Magister Generalis,
A.C. 1323. celeber Doctor Parisinus uberem hujus
Cor. p. 11. materiæ commentationem scripsit, ut
 eandem sententiam demonstraret.

Bal. v. to. I.
p. 139. 166.
Extrav.
Joan. de
Verb. sign.

Post deliberationem longam matu-
 ramque Papa Joannes denique quæstio-
 nem decidit per decretalem *Cum inter*
nonnullos: in qua errantem ac hære-
 ticam declarabat propositionem pertina-
 citer defensam, quod Christus & Apo-
 stoli nec privatim nec communiter quid-
 quam habuerint: cum hæc propositio
 aperte discreparet a divino codice pluri-
 bus in locis asserente illos habuisse res
 aliquas; tenderetque ad evertendam
 auctoritatem sacri codicis, per quem ta-
 men capita fidei probarentur. Adde-
 bat: Pari calculo notamus hanc alteram
 propositionem: Christus & Apostoli nul-
 lum habebant jus adhibendi suos in u-
 sus, vel donandi, aut vendendi, vel
 commutandi eas res, quas illis fuisse do-
 cent divinæ litteræ. Profecto hæc te-
 stantur id eos fecisse, aut expresse pro-
 certo ponunt id eos potuisse facere. At
 ex illa propositione conficeretur Chri-
 stum & Apostolos egisse contra justitiam;
 quod cogitare non licet. Dabat 12 Nov.
 1323.

J. Vad.
1323. n. 14.

Rayn. eod.
n. 61. 62.

Papæ decisioni submittebant se tres
 Cardinales, qui contrariam opinionem
 defen-

defenderant, scilicet Vitalis Furnius sua Sæcul. XIV.
 ex doctrina clarus, & trium hac de A.C. 1323.
 re librorum author, Bertrandus Turrius,
 ac Berengarius Episcopus Tusculanus;
 duo Archiepiscopi Arnaldus Bojardus
 Salernitanus, & Monaldus Beneventi-
 nus; Caffæ, Rigæ, Ulyssipponis, & Pa-
 ctarum Siculæ urbis Episcopi quatuor.
 At Michaël Cæsenas Fratrum Minorum
 Minister Generalis suum decretum in co-
 mitiis Perusinis factum tueri semper
 volebat, nitens præcipue litteris Papæ
 Nicolai III. Guilielmus Ocamus Anglus
 ex eodem Ordine Doctor inclytus a
 Michaële stabat usque adeo, ut palam
 sacro e pulpito affirmaret esse hæresim
 dicere, Christum & Apostolos priva-
 tim aut communiter habuisse quidquam.
 Verum est: Papa tunc id non decide-
 rat: sed Ocamus eum hoc facturum per-
 bene sciebat. Itaque Papa Episcopis
 Ferrariæ ac Bononiæ mandavit, ut eum
 citarent ad Summam Sedem, cui se in-
 tra spatium mensis sisteret. Epistolam
 ille dabat 1 Dec. an. 1323.

§. VII.

Ludovico concessa dilatio.

Septimo Januarii sequentis Oratores Im- Rayn. 1324.
 peratoris Ludovici Bavari Papæ in n. 1.
 senatu sacro libellum obtulere; in quo
 Prin-

Sæcul. XIV.
A.C. 1324.

Principis hujus nomine ajebant: Nuper comperit sine certa tamen notitia, Sanctitatem tuam contra se statuiffe, haud levia; quæ regnum & jura sua contingerent. Haud poterat ea credere; sed pro figmentis suorum inimicorum habebat, nunquam citatus antea vel monitus ab Ecclesia Romana. Attamen securitatis gratia nos misit percontatum, quid subesset, oratumque dilationem congruam & sex mensibus longiorem, ut Imperii Principes adhibere in consilium, & Sanctitatem tuam de sua innocentia & justitia causæ suæ edocere possit.

Ibid. n. 2.

Papa scripto reposuit: Meminimus, quam addictum se nobis ac Ecclesiæ Romanæ per alios Nuncios instructos litteris, quarum testimonio fides plenior eis haberetur, Baviaræ Dux significaverit, offerens se ad petendam Lombardiam præstandi nobis obsequii, ac rebelles in Ecclesiam impugnandi causa. Miramur proin magnopere tam celerem mutationem, cujus ansam ei nullam dedimus. Tum Papa repetebat factas in monitione sua exprobrationes, quod ille Romanorum Regis titulum, & administrandum Imperium sibi sumpserit ab ipso non confirmatus, ac Pro-Comites cæterosque rebelles protexerit. Pergebat postea: Si spectaremus hæc facta potius,

tius, quam vestræ supplicationis verba, nullum vobis reddere responsum debemus. Volumus tamen per bimestre spatium omitti promulgationem poenarum, in quas vester incurrit Dominus. Hoc scriptum dabat eodem die septimo Januarii, & misit Episcopo Frisingensi in Germania divulgandum.

Sæcul. XIV.
A. C. 1324.

7. Vill. l. 9.
c. 239.
Corio. p. 460.

§. VIII.

Papæ litteræ contra Pro-Comites.

Ultimo die Februarii Raymundus Cardonius Dux copiarum Ecclesiæ cum Mediolanensibus, quibus Galeatius & Marcus Pro-Comites præerant, cruento prælio commisso victus, captusque, ac Mediolanum ductus est. Quæ clades tam acerbum Papæ animo vulnus infligit, ut contra Pro-Comites ederet tales litteras: Ut per communem famam pridem comperimus Matthæus Pro-Comes odiosæ memoriæ diversis e regionibus Summam ad Sedem euntium quosdam captos detentosque spoliabat bonis omnibus; missas ad nos epistolas per ministros suos interceptas aperiebat, lacerabat, vel pluribus dabat legendas. In senatu publico audivimus etiam, illum Ecclesiis, cœnobiis, cæterisque locis

Rayn. n. 7. 12

Histor. Eccles. Tom. XXIII. P. pie-

Sæcul. XIV.
A.C. 1324.

pietatis in urbe ac territorio Mediolanensi positum tributum imperasse gravissimum, tantaque violentia exegisse, ut Ecclesiastici suis privarentur bonis, in carceres conderentur alii, alii tormentis variis afficerentur. Erant itidem, qui conquererentur nobis, eundem ac filios ejus Galeatium, Marcum, ac reliquos occupasse bona Ecclesiarum etiam cathedralium in diocesibus, ubi exercuissent suam tyrannidem, & unde Præsules exulatum abire coegissent.

Matthæus expresse prohibebat, ne isti suas synodos, ac Religiosi Mendicantes comitia haberent sua: impediabat illorum inspectiones, ipsumque divini verbi præconium. Fovebat pravos cœnobitas & monasteriis per vim præficiabat. In Ecclesias seculares æque ac regulares intrudebat homines indignos, & in quendam Mediolani parthenonem vitiatas a se puellas. Episcopum Vercellensem in ipsius urbe obsessum carceri mandaverat: sed is Præsul hinc elapsus fugit.

u. 8.

Relatis quibusdam aliis criminibus Matthæi Pro-Comitis Papa venit ad filium ejus Galeatium, aitque: Placentinum Episcopum piæ memoriæ omnibus bonis exiit, excindens domos, vineas, ac reliqua; & quæ de proventibus capi poterant, in rem suam vertens.

Spolia-

Spoliavit etiam nonnullos hujus Ec-
clesiæ Clericos gravibus affectos plagis: Sæcul. XIV.
A. C. 1324.
& quorundam occisorum beneficia suo-
rum scelerum affinis contulit. Epis-
copus interim miserandum ad exilium
compulsus nos adiit, obiitque. Galea-
tius violentias suas longius protendens
Clerum Placentinum variis afflixit ex-
actionibus: sacrarum Deo Virginum
claustra perfregit, & abstractas inde ali-
quas corrupit: bona majoris securita-
tis causa apud Fratres Prædicatores, Mi-
noresque, & Augustinianos, aliisque in
locis sacris deposita asportavit: templa,
hospitales & alias pietatis domos incen-
dit: ac per concionatores edici voluit
irrogatas sibi censuras non esse formi-
dandas.

Papa dein Matthæum Pro-Comitem
ac ejus liberos accusat, quod Cardina-
lem Bertrandum legatione in Lombar-
dia fungi non siverint; discordiam ibi ac
bellum foverint; cum schismaticis fœ-
dera conflarint, & hæreticis faverint.
Tum addit: His ex causis jussimus Ar-
chiepiscopum Mediolanensem ac supe-
rioris Lombardiæ Inquisitores in patrem
& filios de hæresi suspectos quæstio-
nem instituere. Mandatum executi eos
declararunt hæreticos manifestos; ut
tales condemnarunt per plures senten-
tias ex intervallo latas, cuncta eorum

n. 9.

c. 10.

Sæcul. XIV. bona fisco addixere, & alias addidere
 A.C. 1324. poenas. Reperitur quædam Aicadri Ar-

Ughell. to. 4.
 p. 286.

n. II.

chiepiscopi Mediolanensis sententia 14
 Martii an. 1322 contra Matthæum Pro-
 Comitem scripta, & hujus crimina fu-
 siffime commemorans. Papa pergit:
 Post infelicem Matthæi mortem filii e-
 jus Galeatius, Marcus, Luchinus, Joan-
 nes, ac Stephanus in suis sceleribus ac
 rebeli contra Deum & Romanam Ec-
 clesiam impietate contumaces, indura-
 tique perstiterunt. Quocirca de consilio
 nostrorum Fratrum Cardinalium indicere
 bellum sacrum contra illos, fautoresque
 ac sectatores eorum statuimus: & no-
 xarum veniam Palæstinæ succurrenti-
 bus concedi solitam has per litteras lar-
 gimur iis omnibus, qui contra hos pro-
 scriptos ibunt. Dabamus Avenione
 decimo Calendas Aprilis anno ponti-
 ficatus nostri octavo, nempe 23 Mart.
 1324.

n. 13.

Eodem die Papa Ludovicum Bava-
 rum secundo monuit per litteras, in qui-
 bus conqueritur, quod hic Princeps ex
 concessa sibi dilatione altera nullum
 capiens fructum, nec per se, nec per pro-
 curatorem comparuerit. Adjungit:
 Tentaturi tamen iterum, quid apud eum
 possit Ecclesiæ indulgentia, promulgatio-
 ne anathematis contra eum pronun-
 ciati nunc quidem contenti sumus, ea

COR-

conditione, ut tres intra menses Romanorum Regis titulum deponat, Pro-Comites, cæterosque inimicos Ecclesiæ tueri desinat, & huic factas a se injurias omnes farciat. Sed hæc monitio haud plus effecit quam prima.

Sæcul. XIV.
A. C. 1324.

§. IX.

Supplicatio publica die festo SS. Corporis Christi.

Guilielmus Pro-Comitis Melodunensis filius post obitum Philippi Marenini ab anno 1316 Senonensis Archiepiscopus Parisiis cum Suffraganeis suis concilium provinciale habuit die sabbati post festum S. Matthiæ an. 1322, nimirum 3 Martii anno 1324 ante Pascha. Edebantur ibi quatuor canones pæne ad verbum repetiti ex concilio ejusdem provinciæ, quod idem Præsul anno 1320 die Jovis post Pentecosten celebraverat. Primus & maximi momenti canon vult, ut Episcopi in sua quisque diocesi populum hortentur ad carniæ abstinentiam & jejunium colendum die Mercurii post octavam Pentecostes, seu pridie festum augustissimi Sacramenti; & qui genium sic defraudaverint, quadraginta dierum indulgentiam consequantur. Concilium addit: De supplicatione

Cont. Nang.

p. 670.

to. II. Conc.

p. 1711.

p. 1680.

Sæcul. XIV.
A. C. 1324.

catione publice, quam Clerus & populus eodem die habet, & in qua illud circumfertur, quia quodammodo per instinctum divinum introducta videtur, in præsentem nihil statuimus, pietati Cleri & populi eam relinquentes.

Sup. lib. 85.
§. 27.

Hic videmus originem sollemnissimæ supplicationis eo die fieri solitæ; quam ne verbo quidem tangunt litteræ de institutione festi. Per sacrum fervorem populorum illa est inducta in Ecclesias singulares, unde in omnes alias extensa fuit. Non ita se habuit jejunium in vigilia, quod tantummodo in quibusdam coetibus religiosis confirmatum est.

§. X.

*Epistola Papæ ad Equites
Borussiarum.*

Rayn. 1323.
n. 20.

Anno priore Papa Teutonicis Equitibus Livoniæ ac Borussiarum scripserat in hanc sententiam. Lithuanorum Rex Gedeminus se Christianam religionem amplecti cupere nobis per epistolas Legatosque suos significavit, orans, ut sibi mitteremus viros, per quos ad accipiendum baptismum erudiretur. Ingenti ejus preces gaudio excepimus, sperantes hoc exemplum innumeros illis in locis ethnicos secuturos; & statuimus eo mittere

tere Bartholomæum Alectensem Episcopum, ac Bernardum Aniciensis dioceseos Abbatem de S. Theofredo, Doctorem Juris Canonici, & in sacris litteris versatissimum. Deinde Advocatus, Consules, & Collegia urbis Rigæ nobis per litteras & oratores suos indicarunt, vos & quosdam Præsules, ac Religiosos, Optimatesque ac societates regionis ab eodem Rege rogatos esse ut sibi mitteretis homines, quibuscum de stabili pace posset agere.

Sæcul. XIV.
A.C. 1324.

Postea cuncti Nobiles Livoniæ ac Estoniæ cum quibusdam vestrum convenere die S. Laurentii anno priore, nempe 10 Aug. 1322. In colloquio statutum est, ut ad Regem legarentur viri cum plena potestate faciendi omnia, quæ Christianis expedirent. Hi Oratores cum Rege Gedemino constituerunt pacis conditiones, quas ex lingua Germanica in Latinam versas nacti confirmavimus. Itaque precamur, ac præcipimus, ut fideliter eas observetis. Hæc est summa epistolæ, quam Papa Teutonicos ad Equites dedit ultimo Augusti anno 1323.

Gedemini Lithuanæ Regis vel potius Ducis ad Papam litteræ continebant graves querimonias de Teutonicis Equitibus. Mindufum, inquit, seu Mindacum antecessorem meum, qui vive-

Stanis Sa
mic. p. 1098.
Rayn. 1324.
n. 43.

P 4 bat

Sæcul. XIV.

A.C. 1324

n. 53.

bat anno 1255, cum subjectis omnibus adjunctum Christo atroces Equitum injuriæ ac violentiæ ad superstitiones veteres reduxerant. Præterea de Equitibus ista jaçtabantur vituperia: Arcent Præcones Evangelii seu Religiosos, seu seculares permovendis ad fidem sanam ethnicis missos, ac per terras suas iter eis tutum reddere recusant. Novos Christianos, quos amore prosequi deberent, ut sic auferent illorum numerum, intolerabili servitute premunt. Clericos ipsos usque ad necem exagitant: spoliant, diruunt, vel incendant templa: & Clerum tam male habitum ad injurias sibi condonandas per carcerem aut minas adigunt. Conspirarunt ad labefactandam in partibus illis Romanæ Ecclesiæ auctoritatem, & Sacram Sedem adituros inhibent. Involant in jura Archiepiscopi ac Ecclesiæ Rigenfis: expilant cives, claudunt portum, impediunt commercii libertatem. Denique sodales ab hoste in prælio sauciatos perimunt. Papa Equites, ut se corrigant, monet, atque censuras eis minitatur: aliud remedium his malis nullum adhibet. Dabat 10 Febr. an. 1324.

§. XI.

Sæcul XIV.
A. C. 1324.*Legati ad Lithuanicæ Ducem
missi.*

Rem promovente Friderico Rigæ in Livonia Archiepiscopo ex Ordine Minorum duo Papæ Legati Episcopus Bartholomæus, & Abbas Bernardus in illam urbem advenerunt anno 1324 postridie festum S. Matthæi, scilicet vigesimo secundo Septembris. Inter Reges Lithuanicæ ac Russiæ cum subditis ex parte una, & ex altera cum Christianis conciliarunt pacem: quæ ne turbaretur, Papæ nomine prohibuere sub anathematis poena, qua præter illum nemo posset exsolvere. Tum ad Gedeminum Lithuanicæ Regem nuncios miserunt vivos, an revera sacrilegos ritus abjicere, ac fonte salutis abluere vellet?

Dush. chr.
Pruss. par. 3.
c. 349.

At hic Princeps nullam pacis modo confectæ rationem ducens 21 Nov. in Masoviam numerosum immisit militem. Is Pultusciam urbem Episcopo Plocensi obnoxiam, centum triginta pagos, triginta parœciarum templa, & sacella plurima diripere ac depopulari, profanare Sacramenta, ornatus, & vasa sacra, Sacerdotes, Coenobitas, aliosque Christianos supra quater mille numero necare,

c. 350.

Sæcul. XIV. aut captivos abstrahere non dubitabat.
A.C. 1324. Alius Gedemini exercitus eodem tem-
c. 351. pore Livoniam ingressus vastabat Rosita-
 num territorium, expilans ac incendens
 c. 352. omnia. Interim ille secum habebat Pa-
 pæ Legatorum nuncios; qui 25 Nov.
 Rigam revererunt cum quodam nobili
 Lithuano. Hic quasi secundus a Rege
 coram Legatis, Præsulibus & Christianis
 plurimis contenta voce illius nomine di-
 cebat: Nunquam Rege jubente aut con-
 scio scriptæ sunt litteræ de baptisimo e-
 jus vel subditorum: nullas misit ad Pa-
 pam: nec simile quidquam in maritimis
 urbibus aut alibi edici voluit. Juravit
 per Deorum potentiam, sibi nullam pla-
 cere religionem aliam ab illa, in qua mor-
 tui essent Majores sui. Cum remi ita se
 habere affirmassent nuncii, Legati redi-
 tum ad Papam maturavere. Ex hoc ex-
 emplo ferri judicium potest, an Præcones
 Evangelii solidas Papæ spes fecerint ad-
 jungendi Christo quosdam Principes Tar-
 taros aliosve nimium remotos, quam ut
 rei veritas sciatur.

§. XII.

*Papæ sententia contra Ludovicum
Bavarum.*

Imperator Ludovicus Bavarus & partes
 ejus in Germania divulgabant Papæ
 modum

modum cum ipso agendi eo tendere, ut *Sæcul. XIV.*
 Imperii Electores priventur jure suo; *A. C. 1324.*
 quia perhiberet eorum electionem non
 debere ullum effectum producere, ante-
 quam ipse discussam approbasset. Huic *Rayn. 1324.*
 objectioni ut responderet Papa, Joanni *n. 17.*
 Bohemiæ Regi tribusque Archiepisco-
 pis Moguntiæ, Trevirorum, & Coloniae
 scripsit esse calumniam. Nunquam co-
 gitavimus, inquiebat, derogare de juri-
 bus vestris: neque conveniret nocere
 vobis velle paternam manum, quæ vos
 extulit. Nimirum Papa pro certo sume-
 bat Gregorium V antecessorem suum
 septem Principibus Electoribus Imperato-
 rem cooptandi jus tribuisse. Dabat 27 *v. to. 9. conc.*
 Maji an. 1324. *p. 757.*

Interim Ludovicus in sua procedens
 via, & jus suum armis persequens sup-
 petias mittebat Gibellinis Italiæ: qui *Jo. VIII. l. 9.*
 copiis Ecclesiæ palmas plures præripie-
 bant. Qua re commotus Papa, & dila-
 tiones Ludovico concessas exiisse vi-
 dens in eum denique decretoriam tulit
 sententiam: & postquam accusationis ca-
 pita iteravit, ac eo usque acta retulit,
 ita pronuntiabat: Nos eum declaramus *Bal. v. to. 1.*
 contumacem tam quod se nobis non sti-
 terit, quam quod in monitis & man-
 datis nostris haud acquieverit: ideoque *p. 141. 701.*
 omni jure, quod per electionem habe-
 re potuit, privatam denunciavimus, poenis *Rayn. n. 22.*
 gravio- *J. Vill. l. 9.*
c. 265.

gravio-

Sæcul. XIV. gravioribus, prout res postulaverit, eum
 A.C. 1324. affecturi, nisi se prima Octobris submit-
Rayn. n. 25. tat Ecclesiæ. Interea sub pœna anathe-
 matis & privationis privilegiorum ac
 prædiorum, quæ ab Ecclesia, vel ab Im-
 perio accepit, prohibemus strictissime,
 ne posthac Romanorum Regis vel electi
 titulum adscribat sibi, aut clavum regni
 seu imperii tractet. Has litteras dabat
 15 Julii, & mittebat Christianis Principi-
 bus; inter alios Carolo Franciæ, ac E-
 duardo Angliæ Regibus. Promulga-
 bant eas in Gallia Guilielmus Melodu-
 nensis Senonum Archiepiscopus; in An-
 glia Archiepiscopi Cantuariæ ac Eboraci,
 in Germania Magdeburgensis, in I-
 talia Capuanus.

§. XIII.

Ludovicus Papam vituperat.

Imperator ad parendum minime præ-
 pensus mense Octobri frequentia
 Sachsenhusii comitia habuit; ubi pro-
 ponebat, quæ sequuntur: Asseveramus
 Joannem, qui se dicit Papam hoc nomi-
 ne XXII, esse inimicum pacis, dunta-
 xat tendere ad concitandam in Germa-
 nia Italiaque discordiam, Præfulibusque
 ac Principibus per litteras ac Nuncios,
 suos instare, ut contra Imperium & nos
 consurgant. Fertur asseruisse publice,
 quan-

Bal. v. to. I.
p. 478.

quando Reges ac Principes profani dissiderent, tunc Papam esse Papam verum ab orbe toto formidatum, & facere, quæ placerent sibi. Hinc factum, ut multiplicari bella in Germania, & effusionem sanguinis innocentis ob diversas electiones videns, nullas unquam litteras, nullum mitteret Nuncium, ut his malis occurreret, etsi multos hoc in regno pecuniæ collectores haberet, quibus id mandare poterat sine suo sumptu.

Præterea in Lombardia tota variisque Italiæ partibus aliis multos catholicos probos quasi Patarenos ac hæreticos condemnavit, ita ut ipsius iudicio numerus hæreticorum ibi sit maximus, quia cunctos Imperio fideles declarat infectos hæresi, nullam aliam rei rationem reddens. Non considerat S. Silvestrum in caverna fuisse abditum, cum Constantinus ei liberaliter donaret, quidquid libertatis honorisque hodie possidet Ecclesia. Hujus beneficii tam est immemor, ut Imperium & fidos ei homines evertere modis omnibus conetur: ut apparet ex sententia, qua nuper nos absentes nec citatos damnavit nitens causis, quas clare cognitæ perhibet, cum tamen sint manifesto falsæ.

Sæcul. XIV.

A.C. 1324.

p. 480.

Partium

Sæcul. XIV.
A.C. 1324.

& abbatias hominibus plane indignis confert, non ætatis, non morum rationem habens, dummodo Imperium oderint, licet natura clientes ejus fiduciarii sint. Quæ contra nos statuit, docent etiam illum velle Imperium ac Electorum jura delere; audite, quomodo! Qui cooptatus est per majorem Electorum partem, censetur electus concorditer. Tametsi vero per duas eligentium partes cooptati sinus, nos concorditer electos negat. Approbatus Imperii mos est, ut in loco destinato nempe Francofordiæ per præsentem minimum duos Electores præstituto die cooptatus debeat agnoscitur electus concorditer, obediens habere cunctos, & Aquisgrani, quo die voluerit, coronam accipere. Et tamen hic malus Vir impugnat nostri electionem, in qua omnes illæ regulæ sunt observatæ. Contendit vacare adhuc Imperium; & ideo sibi esse administrandum; quod est falsissimum.

P. 483.

Brandenburgici marchionatus vacantis & ad Imperium devoluti collationem a nobis filio nostro natu majori factam, & alia plura, quæ egimus, dicit esse irrita, & intra certum tempus a nobis revocari vult: quod est iniquum prorsus & Imperii juribus contrarium. Nos appellat fautorem hæreticorum, si favemus

venus nostris clientibus beneficiariis, Sæcul. XIV.
A.C. 1324.
quos a nobis protectum iri juravimus,

& quibus imponere jugum in diversis Italiae partibus etiam per arma a muneribus sacerdotii tam aliena conatur, quia se tuentur ab iis, qui crudeliter ipsos devorare cupiunt, & quos vocat filios Ecclesiae. Illi autem, quos nuncupat hæreticos, nullius hæresis ex forma juris convicti sunt, sed e contrario publice coram Notariis declaravere se credere fidei capita, & totam Ecclesiae doctrinam, Ludovicus dein excurrit in diffidia & bella inter urbes Lombardiæ, quorum culpam in Papam confert, afferens secundum leges conservandam religionem, ac hæreticos reprimendos esse, sed ita, ut non turbetur tranquillitas publica, nec profano regimini damnum afferatur. Commemorat victoriam de Friderico Austriaco relatam tanquam documentum æquitatis causæ suæ, pro qua Deus se declaraverit: contendit mendosam fuisse electionem hujus Principis: & queritur Papam fovisse discordiam, quam tollere debuisset.

Allocutionis imperatoriae pars postrema ad religionem attinet, profecta, ut apparet, a Fraticellis seu Fratibus Minoribus, qui contra Papam rebelles ad præsidium Imperatoris confugerant. Vide, quomodo hic de illo loquatur eorum
opera

p. 485.

p. 488.

Rayn. 1324.

n. 14.

p. 490.

p. 494.

Sæcul. XIV. opera instinctus! in profanum Imperium
 A.C. 1324. & jura coronæ nostræ imminere haud

p. 494.

contentus impugnavit etiam Christum, Apostolos, & doctrinam Evangelicam de perfecta paupertate, quam disturbare studet non tantum per suam mali exempli vitam a fluxarum rerum contemptu alienam, verum etiam per suam doctrinam hæreticam ac venenatam. Fecit duas sanctiones destabiles, ubi nefastas in Christi vitam voces profundit, & sanctorum Pontificum suorum antecessorum decisiones aperte oppugnat, se declarans hæreticum manifestum, disjunctum ab Ecclesiæ corpore, ideoque de omni Præfulis dignitate delapsus.

p. 496.

Hæ duæ sanctiones initium habent a verbis: *Ad Conditorem*, &: *Cum inter nonnullos*; contra quas author fusissime disputat cum acerbitate ac insolentia, quæ indicat, quantum a modestia & charitate Christiana abfuerint hi fratres

p. 502.

Spirituales, ut se vocabant. Eo usque procedit, ut dicat: Paupertatem perfectam & talem, qualem intelligo, non præferre bonorum possessioni seu privatæ, seu communi est reducere Judæismum, & ad litteram exponere vaticinationes, quæ videntur promittere Messiam distributorem opum profanarum.

p. 499.

Affirmat Papam Joannem XXII ad multos Ordinis Viros graves hæc locutum esse:

esse: Annis quadraginta circiter vestram regulam reputavi phantasticam & quæ observari nequeat: atque si Deus auctoritatem mihi daret, abrogarem illam, traderem vobis aliam, ex qua communiter habere bona possētis, ut cæteri Religiosi. Author contendit eum post hæc verba non potuisse Papam fieri.

Sæcul. XIV.
A.C. 1324.

Post longum id alloquium Imperator eodem in conventu asseverabat se hæc dixisse non ex odio Papæ, sed ut religionem ac Ecclesiam protegeret tanquam defensor suus, juraque Imperii & clientium ejus conservaret. Jurabat etiam se rem persecuturum in concilio generali, quod convocari magnopere volebat, & ad quod per appellationem devolvebat omnia, quæ Papa interim contra ipsum & Imperium statueret. Hæc tabulæ publice legebantur Sachsenhusii 22 Oct. in sacello Equitum Teutonicorum coram Bertoldo Comite Henebergio multisque testibus aliis.

p. 509.
Rayn. n. 30.

§. XIV.

Papæ litteræ: Quia quorundam.

Quæ Fraticelli inseruerant imperatoriæ enunciationi contra duas sanctiones: *Ad Conditorem, &: Cum inter nonnullos, fuere causa tertiæ, cui initium:*
Hist. Ecclesiast. Tom. XXIII. Q Quia

Sæcul. XIV.
A.C. 1324.

Extravag.
ult. Jo.

Sup. lib. 87.
§. 33.

Quia quorundam, & quam Papa Joannes XXII edidit 10 Nov. hoc anno 1324. Ibi respondet ad ea, quæ Fraticelli objiciebant, petita ex Nicolai III decretali: *Exiit, qui seminat*, ac e reliquis, quas Summi Pontifices in gratiam Fratrum Minorum emiserant. Dicebant isti: Illud, quod in rebus ad fidem moresque spectantibus Pontifices Maximi semel deciderunt, est ita immutabile, ut successor id haud possit vocare in dubium; multo minus contrarium affirmare. Atqui Summi Pontifices Honorius III, Gregorius IX, Innocentius IV, Alexander IV, Nicolaus IV asserebant Fratrum Minorum regulam esse imitationem Christi & Apostolorum, per quam nihil proprium seu privatim seu communiter habeatur, sed simplex usus facti in rebus usurpatis: & isti Pontifices Maximi deciderunt perfectam paupertatem Christi & Apostolorum constituisse in hac abdicatione omnis dominii profani. Ergo Papæ Joanni XXII non licuit decidere contrarium, nedum hæreticos declarare illos, qui contenderent Christo & Apostolis nullum fuisse jus rerum, quas habuerint: nec pronunciare debuit, Fratres Minores in nulla re habere simplicem usum facti posse.

Papa Joannes ita respondet: Honorius III & reliqui quatuor Pontifices Maximi

ximi non dixere, quæ Fraticelli eos dixisse perhibent. Honorius tantum confirmavit regulam sine ulla declaratione. Sed nec in declarationibus cæterorum memoratur illud, quod Fratres afferunt. E contrario Gregorius eis usum juris manifesto tribuit dicendo: utantur libris, cæterisque utensilibus sibi permis- sis! Verum est: Nicolaus IV ajebat hanc regulam esse fundatam in Evangelio ac exemplo Christi. Sed & illud certum est, eam continere multa præcepta a Christo minime data, veluti nequis pecuniam seu per se, seu per interpositum hominem accipiat. Præterea Alexander IV expresse dixit Fratres Prædicatores imitari paupertatem Christi, ac esse in statu perfectionis Evangelicæ: & tamen secundum regulam suam possunt aliquid communiter tenere proprium.

Ad illud, quod declaratio Nicolai III affirmat, scilicet Fratres Minores duntaxat simplicem usum facti habere, hæc reponimus: Si Nicolaus usum omni a jure nudum intellexit, contradixit declarationibus Gregorii, Innocentii, & Alexandri. Adhæc usus facti sine ullo jure haberi nequit in rebus per usum pereuntibus; ut demonstrat decretalis: *Ad Conditorem*: & insuper talis usus foret iniquus, ideoque contrarius perfectioni: tantum abest, ut hanc augetet. Non

Q 2

autem

Sæcul. XIV.

A. C. 1324.

Decr. Exiit.

Secul. XIV.
A. C. 1324.

autem videtur probabile Nicolaum III voluisse his Fratribus reservare usum iniquum: quia in eadem sanctione ait Romanam Ecclesiam non recipere dominium nisi earum rerum, quarum usus illis concessus fuerit.

Cæterum si nobis haud licuit decernere quidquam contra constitutiones Nicolai IV, hic non habuit jus majus statuendi aut declarandi quidpiam contra sanctiones Gregorii, Innocentii, & Alexandri: quod tamen fecit, & sic revocavit eorum decreta. Præterea Innocentius III in concilio Lateranensi prohibuit, ne instituerentur novi Ordines Religiosi: & tamen ejus successores novos ejusmodi Ordines confirmarunt, quos postea suppressit Gregorius X in Lugdunensi concilio. Igitur, si post inhibitionem concilii generalis Pontifices Maximi confirmare ac suppressere potuerunt Ordines: mirum non est id, quod Papa solus de regulis horum Ordinum sanxit, vel declaravit, ab ejus successoribus exponi aut mutari posse. Denique Papa Joannes hanc decretalem concludit ut hæreticos damnando illos, qui contra duas priores loquerentur, aut scriberent.

Sup. lib. 86.
p. 48.

§. XV.

Sæcul. XIV.
A. C. 1324.*Nicolaum III corrigit Joannes XXII.*

Apparet liquido per istas tres sanctiones
 Papam Joannem confutare ac rete-
 xere Nicolai III decretalem: *Exiit, qui*
seminat: tametsi hoc omni, qua potest,
 modestia & circumspeditione faciat. E-
 tenim tanquam injustum rejicit simpli-
 cem usum facti, quem Nicolaus admise-
 rat non modo ut æquum, sed etiam ut
 præmio dignum: & Joannes hæresim
 vocat hanc usus speciem Christo tribuere:
 quam tamen Nicolaus ei adscivit. Proin-
 de fateamur, oportet, alterutrum ex
 his summis Præsulibus errasse hac in re
 quanquam sollemnissime decisa. Nec
 vero negabatur tum temporis Papam
 hallucinari posse. Scriptor coævus Pa-
 pæ litteras: *Quorundam exigit contra*
 Fraticellos defendens, tuetur quatuor
 propositiones. Prima est: Papa non po-
 test decernere quidquam contra id, quod
 litteræ sacræ constituunt. Quarta: Il-
 le potest decidere contraria iis, quæ ipse,
 vel antecessores ejus statuerunt. Pri-
 mam probat per quoddam Gratiani ca-
 pitulum ita sonans: Si Papa, quod a-
 vertat Deus, subvertere conaretur ali-
 quid

*Sup. Lib. 87.
§. 33.**Sup. lib. 92.
§. 33.**ap. Rayn.
1312. n. 54.**25. q. 1. c. 6.
Sunt qui-
dam.*

Q 3

quid

Sæcul. XIV. quid, quod Apostoli vel Vates divini do-
 A.C. 1324. cuere, convinceretur erroris potius, quam
 decretum facere diceretur.

ap. Emeric.
 Direct. inq.
 p. 295.

Jacobus Furnerius Cardinalis de S. Prisca, postmodum Papæ Joannis XXII successor proximus sub nomine Benedicti XII, contra Fraticellos scribens in- quiebat: Perhibent Nicolaum III affir- maffe, paupertatem suam esse eandem, quæ Christi & Apostolorum fuerit. Ego sic respondeo: Licet hæc propositio sit in sanctione: *Exiit, qui seminat*, profer- tur solum, non demonstratur per sacrum codicem: per quem probari contrarium posse jam ostendimus. Et vero ejus authoritas impulit Dominum nostrum Pa- pam Joannem, ut illam propositionem declararet hæreticam, si pertinaciter de- fenderetur. Etiam si Papa Nicolaus eam modo decretorio dixisset, id non obsta- ret: quia contrarium divinæ litteræ docent, & nunc decidit Ecclesia. Et postea: Opponunt: Quod in materia fi- dei ac morum semel decrevit aliquis Papa, revocare nequit alius. Repono id esse falsum. Et pro argumento af- fert exempla S. Petri a S. Paulo reprehen- si, & S. Cypriani obsistentis præscripto Papæ S. Stephani, antequam generale quoddam concilium decidisset quæstio- nem de baptismo hæreticorum. Sic sentiebat hic Cardinalis ob suas dotes post-

postmodo in apostolicam euectus sedem: *Sæcul. XIV.*
 & Papam a periculo erroris liberum *A. C. 1324.*
 pronunciantium opinio non nisi post an-
 nos centum ac plures inducta in scho-
 las fuit.

§. XVI.

*Joannes Arragonius Archiepiscopus
 Toletanus.*

In Hispania, postquam Guterius Gome-
 sius Archiepiscopus Toletanus 5 Sept.
 an. 1319 curriculum vitæ contecerat,
 electus in ejus locum Joannes Arrago-
 niæ Princeps, tertius Regis Jacobi II fi-
 lius anno 1320 Ilerdæ consecratus est *Franc. Pisa:*
 præsentibus Chimenio de Luna Tarra- *fol. 152. 198.*
 conensi, ac Petro de Luna Cæsaraugu-
 stano Archiepiscopis. Cum novus An-
 tistes Toletanus sibi, tanquam Primate
 Hispaniæ, in provinciis horum Præsu-
 lum pro jure suo, ut ajebat, crucem suam
 præferri vellet, orta est magna disce-
 ptatio: nam illi hoc postulatum Toleta-
 ni Præsulis non esse decisum, sed litem
 in Romana pendere curia contende-
 bant. Joannes tamen Cæsaraugustæ, *Mariana*
 ubi Ordines regni habebant comitia, viam *l. 15. c. 17.*
 facti corripuit. Tum vero Petrus eum
 anathemate, urbem interdicto afficiens,
 templa omnia occludi jussit. Rex Ar-

Sæcul. XIV.
A. C. 1324.

*Indic. Ar-
rag. p. 164.*

ragonizæ suis in oculis filium sic haberi summopere dolens, ad Papam querelas detulit. Qui reponebat: Non suspicandum est duos Archiepiscopos cogitasse injuriam filio tuo facere: solum volebant suarum Ecclesiarum jura tueri, quod etiam regni tui interest. Quocirca de partium juribus haud edocti satis Archiepiscopum Toletanum pro cautione absolvimus ab irrogatis sibi censuris; & quæstionibus summam nostras ad aures evocavimus; prohibentes interim, ne is crucem suam his in provinciis ante se portandam curet, ac ne illi aliquam contra eum sententiam edant. Epistolam dabat 11 Nov. an. 1320.

*to. II. cons.
p. 1712.*

*Sup. l. 92.
S. 64.*

c. 2.

*v. Cang.
gloss. Solda-
deras.*

c. 4.

Archiepiscopus Joannes Toleti celebravit concilium, finitque 21 Nov. 1324. Condebantur ibi octo Canones; quorum præfatio vult, ut observentur una cum iis, quos Legatus Guilielmus Codinus duos abhinc annos Vallisoleti promulgasset. Id concilium vetat, ne Clerici pallia ad terram fluentia, vel tunicarum manicas tam breves ut nuda cernantur brachia, vel capillos auribus inferiores gerant: ac præcipit, ut barbam suam singulis saltem mensibus radant. Præfules non sinant suas intrare domos mulieres dissolutas, quas *Soldaderas* nuncupant, & quæ ipsis esse spectaculo volent. Beneficium animarum cura

cura præditum administret nemo, cui
Episcopus id non speciatim commiserit.
Nullus Clericus bona, quæ acquisiverit
ab Ecclesia, liberis suis seu per donatio-
nem inter vivos, seu testamento con-
ferat. Sacerdotes pecuniam pro facris
faciendis non exigant: sed accipere po-
terunt, quod benigne sibi sine ulla pactio-
ne oblatum fuerit.

Sæcul. XIV.
A. C. 1325.

c. 5.

c. 6.

§. XVII.

S. Elisabetha Lusitaniæ Regina.

Dionysius Lusitaniæ Rex e vita demi-
gravit die lunæ 7 Jan. 1325, post-
quam quadraginta quinque annos re-
gnaverat. Ad viduam ejus S. Elisabe-
tham Papa epistolam consolatoriam da-
bat 1 Martii eodem anno. Hæc Prin-
ceps post mortem conjugis mox coepit
suæ pietatis instinctus libere sequi, & S.
Claræ filiarum vestem gerere, quam as-
servaverat hoc fine, vel ut in ea se-
peliretur, si prior ipsa obiret: hanc, in-
quam, vestem induit, ac per omnem vi-
tam reliquam gestabat. Ex Petro III
Rege Arragonum & Constantia Sicula
Manfredi filia anno 1271 nata Elisabethæ
nomen accepit in honorem S. Elisabe-
thæ Hungaricæ promaterteræ suæ. An-
nos octo habens, magnum Ecclesiæ offi-
cium quotidie recitare coepit, pergebat

Mariana.

l. 15. c. 18.

Vad. 1325.

n. 7. 12.

Rayn. eod.

n. 16.

Baillet.

8. Jul.

Q 5

que

Sæcul. XIV. que per totam vitam suam. Duodecim
A.C. 1325. ætatis annos numerans nupsit Diony-
 sio; nec in regia dignitate vel assiduas
 preces, vel jejunium suum minuebat quam
 creberrimum, utpote colebat ter qua-
 vis hebdomade, per totum tempus do-
 minico adventui sacrum, a Natali S. Joan-
 nis usque ad anniversariam Assumptæ
 in cœlum Virginis memoriam, & a solenni
 Angelorum cultu usque ad festum S. Mi-
 chaëlis præter dies ab Ecclesia præstitu-
 tos. Stipem augebat pro ratione bono-
 rum, de quibus poterat statuere.

Singulari animos reconciliandi facul-
 tate pollebat. Ducis Alphonfi cum
 Rege Dionysio fratre suo controversia de
 quibusdam prædiis bellum civile regno
 intentabat. Pia Regina se præbebat au-
 thorem pacis, quam ut redderet faci-
 liorem, aliquos sui juris fundos cedebat.
 Illa contentio Ulyssipone Nobilium Or-
 dinem inter & cives tumultum commo-
 verat: jamque corripuerant arma; cum
 insidens mulæ Regina venit, & duas in-
 ter factiones media verbis lacrymisque
 suis sedavit turbas. Rex Dionysius cæ-
 teroquin a justitia, fortitudine, ac libera-
 litate sua æstimabilis concubinas publi-
 ce alebat. Elisabetha injuriam sine
 querimonia ferens, charitatem suam us-
 que eo extendebat, ut liberos e commer-
 cio tam malo genitos haberet curæ. Tan-
 dem

dem per patientiam ac preces suas obtinuit a Deo, ut Rex suus maritus ad bonam sese frugem reciperet.

Sæcul. XIV.

A. C. 1325.

Jacobum quoque Regem Arragonum fratrem suum cum Rege Castiliæ Ferdinando suo genero, & istum cum Dionysio Rege Lusitanæ conjugæ suo in gratiam restituit, hoc modo pacem inter cunctos Hispaniæ Principes Christianos conficiens. At cum Alphonsus Lusitanæ Princeps in Regem patrem suum insurgeret, distractos in concordiam reducere studens Regina se ipsam Regi suspectam reddidit de nimio favore in filium. Immo rem ille sibi tam persuasam habuit; ut infontem redivis privatam in oppidum Alangueriam, ubi ea possidebat domum, relegerat. Indignabantur multi Proceres, ac Reginæ pecuniam, copias, & arces offerebant. Sed ipsa abhorrens a consilio, ut suo Domino fideles persisterent, hortabatur. Demum ab errore deductus Rex in aulam revocavit conjugem, veniamque tum ab ea solenniter petiit, tum filio dedit in illius gratiam. Dionysio vita functo successit Alphonsus: ac Elisabetha in Conimbricense Virginum S. Claræ cœnobium, quod condiderat, se abdidit.

§. XVIII.

Sæcul XIV.
A. C. 1325.

§. XVIII.

*Damnantur errores Petri Joannis
Olivæ.*

Sequente anno 1326 Papa condemnavit scripta Petri Joannis Olivæ, quæ dudum examinanda curaverat. Habemus epistolam, qua octo Doctores Papam edocent de Olivæ commentariis in Apocalypsin illo jubente discussis. Unus ex his Doctoribus est Bertrandus Turrius Ordinis Minorum per Aquitaniam Minister Provincialis, qui anno 1319 fuit Salernitanus Archiepiscopus: quod indicat epistolam esse antiquiorem. Doctores in hac exhibent multa e commentario excerpta, quorum Censores agunt. Ego his excerptis insisto, ut verbis authoris utar.

*Baluz. to. I.
Miscell.
p. 213.*

*Sup. l. 92.
§. 48.*

p. 214.

Septem Ecclesiæ status, quos in Apocalypsi descriptos perhibet, sic exponit: Primus est fundatio Ecclesiæ primitivæ in Judaismo sub Apostolis. Secundus, Ecclesiæ periclitatio & firmamentum per cruciatus Martyrum. Tertius, explicatio fidei per confutationem pravorum dogmatum. Quartus, Anachoretarum vita, qui abdicatis rebus inanibus in solitudines remotissimas profugi carnem suam severissime macerabant,
exem-

exemploque suo totam illustrabant Ec-
clesiam. Quintus, vita communis Mo-
nachorum, Clericorumque bona terrena
partim in victu cultuque aspero, partim
indulgender possidentium. Sextus, in-
stauratio vitæ Evangelicæ, extirpatio
vitæ antichristianæ, Judæorum ethnico-
rumque extrema ad Christum adjunctio,
seu Ecclesiæ restitutio in suum statum
primum. Septimus quantum ad vitam
præsentem spectat, est tranquilla quædam
communio futuræ beatitudinis, quasi
coelestis Hierosolyma in terram descen-
disset; sed quatenus ad alteram vitam
pertinet, est generalis animarum in cor-
pora reditus, Sanctorum gloria, ulti-
mumque rerum omnium complemen-
tum. Primus initium proprie habuit a
missione Spiritus Sancti; secundus a sæ-
vitia Neronis; tertius a sana Constantini
fide, a S. Silvestro, Nicænoque concilio;
quartus a S. Antonio Ægyptio; quintus
a Carolo Magno; sextus quodammodo
a nostro patre S. Francisco: sed uberius
principium ducet a damnatione Baby-
lonis meretricis magnæ, quando An-
gelus signabit futuros Christi milites;
septimus a morte Antichristi ex parte u-
na, ex altera a postremo iudicio.

Tum addit: In sexto Ecclesiæ statu
detegetur singularis perfectio vitæ ac
sapientiæ Christi. Senectus prioris tem-
poris

Sæcul. XIV.
A. C. 1325.

p. 218.

Sæcul. XIV.
A.C. 1325.

p. 219.

poris passim rejicietur: immo Ecclesia formari nova videbitur; sicut nova fuit erecta in primo adventu Christi, dum repudiata est Synagoga. Unde his in visionibus nobis proponuntur tres Christi adventus, primus in carne dolori obnoxia redimentis orbem, ac Ecclesiam condentis suam; alter in spiritu vitæ Evangelicæ renovantis ac perficientis suam Ecclesiam; tertius ad judicium & donandam electis gloriam. Ac deinde: Status Ecclesiæ a damnatione Babylonis, scilicet Ecclesiæ mollis & voluptariæ usque ad mundi finem durabit satis diu, ut omnes, Judæique ipsi salutem curent suam, & hic status gradatim ascendat a mane ad meridiem; dein descendat ad vesperum & noctem malitiæ tam profundam, ut Christus prope cogatur venire ad judicium. Ridiculum enim foret, si tertius præcipuusque mundi status Spiritui Sancto adscriptus momento temporis duraret, neque cum reliquo hoc opere tam grandi consentiret.

p. 221.

Et porro: Sicut in ætate sexta Christus novus homo venit, ut Judaismum voluptarium repudiaret, legemque ad vitam novam per crucem afferret: ita in statu sexto Ecclesia mollis, rejicietur, ac lex Christi renovabitur. Quapropter in principio hujus status comparuit S. Franciscus

ciscus insignitus Christi vulneribus, & Sæcul. XIV.
A. C. 1325.
cum eo plane affixus cruci. Ac postea:

Primo tempore Deus Pater exhibuit se quasi terrificum, ac regnavit timor; secundo Deus filius se tanquam Doctorem præbuit, cum sit Verbum & sapientia Patris; tertio Spiritus Sanctus se monstrabit veluti flammam & fornacem amoris divini, ebrietatem quandam spiritua- lem, impetum ac redundantiam gaudii, in quo non per simplicem intelligentiam, sed per experientiam sensibilem & manifestissimam noscetur veritas sapientiae Verbi cum humana juncti natura, & potentiae Dei Patris. Nam Christus dixit: *Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Ille me clarificabit.* Hic liquido apparet error hujus fanatici: quia id promissum jam præstitum est, dum Spiritus Sanctus die Pentecostes super Apostolos descendit.

p. 223.

Joan 16.
v. 13. 14.

Addit: Statui sexto proprium est profiteri & observare legem seu regulam Evangelicam secundum consilia simul ac præcepta. Ac deinde: Initium hujus sexti status aliqui putant sumendum a principio Ordinis S. Francisci; alii a notitia tertii status generalis divinitus data Abbati Joachimo; alii ab excidio Babylonis ac Ecclesiae voluptariae; alii a tempore quorundam suscitandorum ad confer-

p. 225.

confer-

Sæcul. XIV. A.C. 1325. servandum spiritum Christi Domini nostri & S. Francisci, cum ejus regula nequiter impugnaretur, damnareturque ab Ecclesia molli, sicut Christus a Synagoga. Et postea: Hac in vexatione Babylonis, dum S. Francisci regula quasi affigatur cruci, reviviscet hic gloriosus, ut sit per omnia Christo similis, atque discipulos confirmet suos: ita dicere audivi virum spiritualem, fide dignissimum, & cum Fratre Leone S. Francisci socio & arcano Judice familiarissime versatum.

Sup. lib. 87.
§. 27.
Lib. 85. §. 2.

Hæres.
Imag. let. 1.

p. 242. 244.
257. 261. 263
p. 248. 251.

Hæc satis indicant Fraticellorum systema Chimæricum inceptum a Joachimo Abbate, amplificatum a Joanne Parmensi suo in *Evangelio æterno*, ac defensum amplius seculo. Patet illud non fuisse hæresim imaginariam, in qua non esset quæstio nisi de dominio panis ac de forma vestis Fratrum Minorum: ut perhibuit quidam author celebris abhinc annos quinquaginta; sed reapse fuisse hæresim. Nam hi fanatici contendebant S. Franciscum a Deo missum esse, ut attolleret collapsam Ecclesiam; perfectionem Evangelicam non inveniri præterquam in sua regula; Romanam Ecclesiam esse Babylonem & magnam meretricem Apocalypticam; Papam esse Antichristum mysticum, magni & ultimi Antichristi præcursores; excitaturum violentam

lentam infectationem paupertatis ac per-
 fectionis Evangelicæ: sed ejus Ecclesiam
 mollem brevi eversum iri, ut erigatur
 Ecclesia spiritualis, ac regnum Spiritus
 Sancti. Hæc sunt conlectaria excer-
 ptorum hoc ex libro Joannis Petri O-
 livæ.

Sæcul. XIV.

A.C. 1325.

p. 254.

n. 229. 264.

Papa Joannes eadem excerpta misit
 Francisco Silvestrio Episcopo Florentino,
 Jurisconsulto, ac Theologo magni nomi-
 nis. Is fuerat Senogallicus primum,
 deinde Ariminensis Episcopus: denique
 a Papa translatus est ad sedem Florenti-
 nam, cujus collationem hic sibi reserva-
 verat vivente Episcopo Antonio Urso.
 Translationis litteras dederat 15 Martii
 an. 1323. Episcopus Silvestrius errores
 excerptorum suam per sententiam con-
 demnavit, ut octo Doctores fecerant.

Rayn. 1325.

n. 21.

Ughell. to. 3.

p. 189.

Rayn. n. 24.

Inter multas prædictiones temera-
 rias & insanas Oliva inquebat: Fratres
 Minores, quia in molli Latinorum Ec-
 clesia parum efficere se videbunt, Græ-
 cos schismaticos docebunt saniora: &
 tandem Judæos, sed Saracenos prius, a-
 liosque ethnicos ad veram adducent fi-
 dem, cujus testimonium plures e Fratri-
 bus suo sanguine confirmabunt. Hac
 ex persuasione multi trajecto mari ethni-
 corum terras intrabant: ubi abutentes
 simplicitate Christianorum, quos ibi pau-
 culos

n. 26.

Miscell.

p. 247. 249.

Hist. Eccles. Tom. XXIII.

R culos

Sæcul. XIV.
A.C. 1325.
culos inveniebant, disseminabant errores, decisionesque Romanæ Ecclesiæ oppugnabant. Papa rem edoctus sanctionem fecit, qua prohibebat, ne Religiosi, cujuscunque Ordinis essent, sine consensu sui Præpositi patentibus per litteras indicato regiones transmarinas adirent; ac ne Præpositi hanc copiam facerent nisi viris doctis, prudentibus, ac rerum expertis. Mandabat simul, ut illi velut apostatas tractarent eos, qui sine permisso rei divinæ aut sacris concionibus darent operam. Scripsit 10 Maji an. 1325.

Baluz. vit.
to. I. p. 167.

Denique Papa damnavit fratris Petri Joannis Olivæ commentarios in Apocalypsim, tanquam continentes noxiam ac hæreticam doctrinam contra unitatem Ecclesiæ catholicæ, & contra potestatem Summi Pontificis. In senatu publico, cui Cardinales, Præsules, Doctores Theologiæ ac Jurium intererant, sententiam tulit primo jejunii verni sabato 9 Febr. anno 1325, scilicet 1326 ante Pascha.

Sup. lib. 91.
S. 42. 57. 59.
Bal. Miscell.
to. I. p. 298.
Kayn. 1325.
n. 20.

Inter Olivæ discipulos eminebat Ubertinus Casalius, de quo jam facta mentio, Papa jusserat eum citari ad tribunal suum: & Bonagratus Bergomas contra eundem complurium accusationis capitum argumenta produxerat: cum Ubertinus pendente adhuc lite a Roman

mana curia se submovit sine permisso. Sæcul. XIV.
A. C. 1325.
Capi eum ac in carcerem compingi Papa
voluit. At ille profugus ad Imperatorem
Ludovicum Bavarum se Marsilio Patavi-
no junxit, ut contra Papam scriberent.

§. XIX.

Marsilius Patavinus.

Marsilius Mainardinius Patavinus litte-
ras longo tempore didicerat docue-
ratque Parisiis, ubi Rectorem Univer-
sitatis agebat anno 1312. Cunctis facul-
tibus navarat operam: post artes ad
Theologiam animum applicuerat: in scri-
ptis suis apparet Jurisperitus: callebat
artem medicam exercebatque. Arctam
colebat amicitiam cum alio Doctore
Joanne Janduno seu Gandavino. Is ma-
gnam partem habuit in confectioe ope-
ris, cui titulus: *Defensor pacis*: quod ta-
men Marsilio soli tribuitur; compositum
sub annum 1324, & Ludovico Bavaro
inscriptum est. Tendit præcipue ad ex-
tollendam potestatem profanam, & ad
impugnandas opiniones de potestate
Summi Pontificis tum receptas inter Pro-
fessores Juris Canonici. Tres in partes
divisum est. In prima vult author pro-
positiones suas demonstrare per princi-
pia sanæ rationis, & luminis naturalis.
In altera conatur illas confirmare per

Duboulay
to. 4. p. 163.
974.

Monarch.
Gold. to. 2.
p. 154.

Secul. XIV. codicem sacrum Patresque, ac objecta
A.C. 1326. refellere. In tertia spondet se inde ducturum confectaria pro politicis rationibus servitura.

Cont. Nang.
p. 709.

Monachus Dionysiofanensis in Francia, qui tum Guilielmi Nangii Annales continuabat, de horum Doctorum transitu ad Ludovicum Bavarum ita scribit: Cum Duci quidam de familia sua eorum notitiam dedissent, non in aulam modo suam, sed & in gratiam receptos sic allocutus dicitur: Quis vos impulit, ut e regno pacis & gloriæ hanc in terram belli miseris plenam veniretis? Reponebant: Huc nos adduxit error, quem in Ecclesia conspectum bona fide diutius ferendo impares ad te profugimus, quippe qui jure teneas Imperium, ideoque rerum perturbationem compescere debeas. Imperium non est subjectum Ecclesiæ. Antequam hæc ullum dominium profanum acciperet, jam stabat illud, nec ad hujus leges est conformandum. Invenimus Imperatores multos confirmasse Paparum electiones, convocasse concilia, & his auctoritatem dedisse ad decidendam fidei capita. Siqua jura contra libertatem Imperii Ecclesia per aliquod tempus usu capiebat, fraudulenta & improba usurpatio fuit. Hanc nos veritatem contra quemvis tuebimur: hanc defendendi gratia omne supplicii genus, si opus

si opus erit, mortemque ipsam perfere-

Sæcul. XIV.
A.C. 1326.

Dux Bavarie huic opinioni non accessit prorsus: e contrario congregavit homines doctos: qui declarabant illam esse impiam ac periculosam; atque si assentiret, straturum Papæ viam infectandi se ut hæreticum, & jure ad Imperium privandi. Quamobrem puniret advenas, quia Imperatoris esset, non tantum conservare fidem, verum etiam delere hæreticos. Ludovicus Bavarus respondit: Crudelis forem, si vellem perire homines, qui relicta patria & fortuna sua sese addixere mihi. Quocirca apud se manere iussis largitiones fecit ipsorum statui, & suæ dignitati congruas. Ita rem narrat ille successor Nangii.

§. XX.

Guido Tarlatus Episcopus Aretinus damnatur.

Papa Cardinalem Bertrandum in Lombardia satis occupatum videns, orante Neapolis Rege Roberto novum in Italiam Legatum misit Joannem Cajetanum de Ursinis Cardinalem Diaconum de S. Theodoro. Eodem die, nimirum 17 Aprilis anno 1326, eodemque in senatu, in quo ei litteras seu mandatum

J. Vill. 1. 9
c. 342.

R 3

lega-

Sæcul. XIV.
A.C. 1326.
Sup. Lib. 92.
§. 47.
Ughell. to. 1.
p. 472.
Rayn. 1324.
n. 20.

legationis per Hetruriam vicinasque provincias obeundæ dabat, confirmavit damnationem Guidonis Tarlati de Petramala Episcopi Aretini, qui militiæ quam rerum sacrarum studiosior Aretio aliisque locis Ecclesiæ Romanæ obnoxiiis in ditionem redactis suam Gibellinorum in Hetruria dux evaserat. Bis admonitum, ut redderet Tifernum, & a profano Aretii dominatu desisteret, Papa episcopatu exiit 12 Aprilis anno 1322. Tum illi pennas incisurus Cortonæ Hetrusca Aretinæ dioceseos urbe novum episcopatum instituit per diploma 19 Junii anno 1325 editum: atque secundo Januarii sequentis eo primum Episcopum misit Rainerium Ubertinum. Hic episcopatus semper postea permansit.

Ughell. to. 1.
p. 664. 668.

§. XXI.

Joannes Cajetanus de Urfinis, Cardinalis Papæ Legatus in Hetruria.

J. Vill. 1. 9.
c. 349.

Legatus Joannes de Urfinis 30 Junii anno 1326 Florentiam delatus vix minus honorifice habitus ibidem fuit, quam ipse Papa exceptus esset. Mille florenos aureos in patera accepit dono. Habebat in cœnobio Fratrum Minorum ad sanctam Crucem: & 4 Julii promulgavit

gavit suam potestatem tanquam Legati ^{Sæcul. XIV.}
 & pacificatoris per Hetruriam, ducatum ^{A.C. 1326.}
 Urbinensem, Marchiam Anconitanam, ^{L. 10. c. 1.}
 & Sardiniam. Cum paulo post Guelfo-
 rum partes defensurus Carolus Calabriæ
 Dux, Roberti Regis Neapolitani filius na-
 tu major cum multis Proceribus &
 copiis Florentiam venisset, Legatus Ca-
 strucium Lucæ Dominum, & Guidonem
 Episcopum Aretinum sibi verba dare sen-
 tiens, divulgavit contra eos Papæ lit-
 teras, per quas cunctis honoribus suis
 privatus Castrucius e piorum coetu mo-
 vebatur velut schismaticus, fautor hære-
 tiorum, & vexator Ecclesiæ; ac una
 cum suis permittebatur cujusvis arbi-
 trio, ita ut ipsos vel bona eorum invade-
 re sine peccato possent universi; Episco-
 pus quoque devinciebatur anathemate,
 ac omni jure suo tum spirituali tum pro-
 fano exuebatur. Hæc Legati actio fie-
 bat in foro S. Crucis coram Duce Cala-
 briæ, toto ejus comitatu, & magna ci-
 vium hospitemque frequentia, Mense De-
 cembri eodem anno Papa episcopatum
 Aretinum contulit Bosio Ubertino uni de
 Nobilibus ac potentissimis ejusdem urbis.
 Sed Legati & Papæ præsidium nihil eum
 juvit contra Guidonem Tarlatum omnes
 hujus Ecclesiæ redditus tenentem.

c. 3.

Rayn. 1326.
n. 4.

c. 10.

Sæcul. XIV.
A. C. 1326.

§. XXII.

*Concilium Silvanectinum sub Guilielmo
Triensi.*

*Marlot. to. 2.
p. 609.
Baluz. to. 2.
p. 146.*

to. II. p. 1768

In Francia postquam Robertus Curtinien-
censis Remorum Archiepiscopus 3
Martii anno 1323 vitam cum morte com-
mutaverat, Papa celsam hanc sedem
suo reservavit arbitrio. Sed Canonici
haud omiserunt eligere Guilielmum Trien-
sem Episcopum Bajocassinum, Matthæi
Triensis Castrorum Præfecti primarii fra-
trem; quem anno 1309 Rex Philippus
Pulcher Papæ Clementi V commendave-
rat, ut eum imponeret sedi Cameracensi
tum vacuæ per translationem Philippi
Marennini ad cathedram Senonum me-
tropolitanam. Guilielmus Triensis men-
se Junio an. 1324 Remos ingressus de-
latæ sibi dignitatis possessionem cepit:
& anno 1326 Silvanecti habuit concilium
provinciale, finitum die Veneris post
dominicum *Misericordia*, undecimam A-
prilis diem. Intererant isti concilio Ge-
rardus Sueffionum, Albertus Raugensis
Lauduni, Joannes Bellovaci, Petrus La-
tillius Catalauni, Fulcandus Novioduni,
ac Petrus Silvanecti Episcopi sex cum
Procuratoribus absentium. Bellovacen-
sis Joannes Marenninus Engerrandi fra-
ter

ter & Noviodunensis Fulcandus Ru-
picavardinus postmodum Archiepisco-
pi evaserunt, hic Bituricæ, ille Rotho-
magi.

Sæcul. XIV.

A. C. 1326.

Hoc in concilio statuti sunt septem
canones: quorum primus indicat for-
mam celebrandi concilia: secundus ve-
tat, ne beneficiarii functiones alienas ob-
eant, alioquin amissuri beneficia sua. Pro-
hibetur, nequis ecclesiasticam immuni-
tatem violet seu victum cæteraque ne-
cessaria denegando profugis in templa,
seu per vim eos inde abstrahendo. De-
nique commendatur jurisdictionis eccle-
siasticæ defensio contra violentias laico-
rum, qui caperent, & carceribus man-
darent tabellarios ferentes litteras sive
mandata curiarum Ecclesiæ, illasque la-
cerarent. Quocirca renovantur omnes
pœnæ pronuntiatae in concilio abhinc
annos quinquaginta per Legatum Si-
monem Briensem Bituricæ habito.
Generatim ecclesiasticam jurisdictionem
in eo statu, in quo tunc erat, conser-
vandi studio ardebat Archiepiscopus
Guilielmus Triensis.

c. 2.

c. 5.

c. 7.

Sup. lib. 86.

§. 63.

Sæcul. XIV.
A.C. 1326.

§. XXIII.

Avenionense concilium.

Hoc ipso anno 1326 decima octava Junii celebratum est magnum concilium in monasterio S. Rufi prope Avenionem. Aderant tres Archiepiscopi Guasbertus Arelatensis, Jacobus Aquisextanus, & Bertrandus Ebredunensis cum multis suffraganeis suis. Guasbertus Duvallius Cadurcensis, qui præsidebat, Papæ cubiculis præfectus, dein Episcopus Massiliensis postea Narbonem translatus fuerat. Jacobus Concosius ex nobili familia Cadurcensi Minorum Ordinem professus, Episcopus Lutevanus, & anno 1312 Aquisextanus Archiepiscopus evasit. Bertrandus Deuxius in Ucetina dicecesi natus ex Præposito Ebredunensis Ecclesiæ factus est Archiepiscopus, ac denique Cardinalis.

Gall. Chr. novæ edit. 1715. to. I. p. 575.

p. 321.

Gall. Chr. to. I. p. 280. Baluz. to. I. p. 812.

Avenionensi concilio intererant Episcopi undecim; ex Arelatensi provincia Dragonetus Tricestrinus, Raymundus Vasionis, Otho Carpentoracti, Godefrius Cavellionis, Ademarus Massiliæ, ac Petrus Telonis Præfules; ex Aquisextana provincia Raymundus Segesteronis, Bartholomæus Fori Julii, Guilielmus Vapinci, & Raymundus Aptæ Juliæ Antistites;

stites; e provincia Ebredunensi solus com-
paruit Frater Fulco Vinciensis Episco-
pus. Absentes & Collegia Procurato-
res suos miserant. Avenionensis Eccle-
sia tum carebat Præsule: anno 1318 Pa-
pa Joannes, qui ei præfuerat, suo il-
lam arbitrio reservavit: ex quo tempore
in sacris ac profanis eandem administra-
bant succedentes sibi diversi Vicarii Ge-
nerales. Tertius horum Geraldus Cam-
pomilius hoc in munere Concilio a-
derat.

Condebantur ibi quinquaginta novem
canones, quorum plurimi Ecclesiarum
bona terrena solum & jurisdictionem re-
spiciunt. Primi quatuor aliquot dierum
indulgentiam largiuntur illis, qui certa
pietatis exercitia facerent; nempe qui
sabbato liturgiæ de SS. Virgine interes-
sent; augustissimam Eucharistiam ad æ-
gros portatam comitarentur; pro Papa
preces funderent: se inclinarent, si quis
nomen JESU pronunciet. Mandatur,
ut fontes baptismatis obserentur: qui
neglexerint, multam dependant. Ad-
ditur: Si promulgatæ censuræ ecclesia-
sticæ non obserentur, Episcopus, qui
eas irrogaverit, post tempus conveniens
permittente Metropolita poterit a reliquis
ejusdem provinciæ Præsulibus postulare,
ut illas suis in dicecesibus edici jubeant.

Quidam

Sæcul. XIV.
A.C. 1326.

Gall. Chr.
p. 821.

c. 1. 2. 3. 4

c. 5.

c. 6.

Sæcul. XIV.

A. C. 1326.

c. 7.

Quidam proscripti per irrisionem censurarum Sacerdotes aut Præfules, qui eas ipsis injunxerant, fingeant adulteros, execrabantur vicissim, & cereorum loco candelas ex sebo, palearum fasciculos, titiones, carbonesve in sartaginibus accendebant. Concilium detestatur hanc petulantiam; sed remedium ei non

c. 8.

adhibet aliud, quam has censuras tam contemptas. Declarat Clericos non teneri ostendere titulos jurisdictionis, cujus in possessione quieta multos per annos fuerint. Prohibet, ne Judices profani Clericum ad se citent ob actionem

c. 9.

personalem, civilem, aut criminofam: ac generatim pro sententia recepta habet laicis nec in personas, nec in bona ecclesiastica ullam esse potestatem. Quapropter vetat etiam, ne Clericus Clericum ad Optimatem, Judicem, aliumve laicum

c. 24.

vocet jus suum prosequendi gratia. Interdicit, nequis vendat, vel subministret venenum: & pronunciat poenas contra veneficos etiam Clericos: quod indicat id scelus non fuisse rarum. Queritur, hospitales Religiosos Cistercienses & alios privilegiis abuti suis: & declarat, nisi se corrigant, illis nec opem latum, nec assertum iri jura, quæ haberent. Enumerat casus episcopo reservatos. Conqueritur varias res indignas ex laicorum odio in Clerum natas: sed non

c. 17.

c. 18.

c. 19.

c. 22.

c. 36.

c. 55.

non

non videtur quæsiſſe modos huic mentium alienationi tollendæ idoneos: huc enim non expediebat accumulare pœnas facras profanasque. Præcipit, ut beneficiarii & curatores domuum hospitalium in principio administrationis suæ indices bonorum mobilium æque ac immobilium ad beneficium vel domum hospitaliæ pertinentium conficiant; atque beneficium abdicantes successoribus suis præter suppellectilem congruam relinquunt, unde hi vivant usque ad perceptionem novorum fructuum.

Sæcul. XIV.

A.C. 1326.

6.52.53.

§. XXIV.

Concilium Complutense.

Eodem anno 1326, die 25 ejusdem mensis Junii Archiepiscopus Toletanus Joannes Arragoniæ Princeps Compluti concilium habuit, cui aderant tres Episcopi, Petrus Segovinus, Joannes Auximanus, & Ferdinandus Conchensis cum Procuratoribus reliquorum trium, Palentini, Seguntinique, & Cordubensis Antistitum. Duo tantum canones ibi statuebantur; prior contra Toletanos Suffraganeos per alium, quam per Archiepiscopum, ac sine permisso ejus consecratos, nec intra annum ei suam obedientiam coram pollicitos; fortassis ob modicam Castilianorum erga hunc Præsullem

to. II. p. 1771

Sæcul. XIV. lem benevolentiam. Alter canon reno-
 A.C. 1326. vat tertium decimum concilii Rupe Fide-
Sup. lib. 90. li anno 1302 celebrati per Archiepisco-
 §. 14. pum Confalvum ad reprimendas usurpa-
 tiones iniquas direptionesque bonorum
 Ecclesiæ. Additur, illum, qui hanc ob
 causam diris devotus aliqua in diocesi
 fuerit, in cunctis reliquis proscriptum iri,
 si Episcopus læsus id desideret.

§. XXV.

*Litteræ Sanuti.**San. ep. 7.**Rayn. 1324,
n. 39. 40.*

Sanutus Venetus pergebat omni opera
 eniti, ut gereretur bellum sacrum.
 Anno 1324 hac de materia Imperatori
 Andronico Palæologo hunc in modum
 scripsit: Sat diu in aula Romana, demum-
 que in Gallica versatus, ut de rebus
 Palæstinæ agerem, ex quibusdam Reli-
 giosis, qui apud Majestatem tuam, ac
 præsertim apud Episcopum Caffensem
 fuerant, te ad Ecclesiarum concordiam
 probe affectum comperi. Lætabar enim-
 vero gnarus illam ad exequendum tran-
 situm in terram sacram plurimum servire,
 ac bonum esse maximum, quod in hac
 vita possit fieri. Itaque hoc de argumen-
 to locutus sæpe sum multis Cardinali-
 bus, ac Proceribus Franciæ, Regi Ro-
 berto, Petro de Via Papæ nepoti, præci-
 pue autem Guilielmo Hannoniæ Comiti,
 Caroli

Caroli Valesii genero, Gualterio de Castellione rei bellicæ summo in Gallia Præfecto, ac Roberto Bononiæ Comiti, magnam in regni administratione partem habentibus. Etiam cum Præsulibus non paucis mihi sermo fuit de iis, quæ ad honorem & securitatem Imperii tui attinet: & optime comparatos vidi. Proin me offero ad hanc Ecclesiarum concordiam curandam cum Romana curia, Carolo Valesio, cæterisque Viris, quos censebis habiles. Plura alia de hac re Domino Fratri Hieronymo Cassensi Episcopo explicavi: qui Majestati tuæ ea exponere coram poterit.

Sæcul. XIV.
A. C. 1326.

Hanc Sanutus epistolam Venetiis scriptam Episcopo commisit, adjungens commentariolum ei docendo aptum. Aiebat ibi: Græcorum Imperatorem per te scire velim, quæ subjicio: De quærenda bello Palæstina composui librum, in quo demonstro mari recta eundum esse in terras Sultani Ægyptii. Repugnant aliqui, voluntque initium duci ab oppugnatione Imperii Constantinopolitani. At ego multis Cardinalibus, quin etiam Regis Roberti Consiliariis dixi Imperium Græcorum acquiri a nobis, sed acquisitum non conservari posse propter populos ab omni parte finitimos, præsertim ob Tartaros. Ponamus autem nos esse magnam regio-

epist. 8.

regio-

Sæcul. XIV. regionis partem possessuros : non ideo
A.C. 1326. nobis submissæ forent mentes populi, ut
 eum ad Ecclesiæ Romanæ finem re-
 duceremus. Dilucide id docent Cyprus,
 Candia, Morea, ducatus Atheniensis, Eu-
 bæa, ac reliquæ terræ Francorum di-
 tioni obnoxia. Populi earum Ecclesiæ
 Romanæ neutiquam parent: si hoc in-
 terdum præseferunt, ore tantum faciunt,
 non ex animo. Via ad concordiam esset,
 si res persuaderetur Imperatori, cogna-
 tis ejus, & Patriarchæ: sequerentur eos
 subjecti omnes, immo etiam Russiæ,
 Serviæ, Georgiæ populi, Francisque, Tar-
 taris, ac Sultano Ægyptio subditi. Sed
 hunc in finem oporteret nos consentien-
 tem habere Dominum Carolum quo-
 dammodo illi ac hæredibus ejusdem
 præstando damna suorum jurium ad Im-
 perium. Intelligit Carolum Valesiæ Co-
 mitem, qui conjugem duxerat Catha-
 rinam Curtiniacensem filiam ultimi Con-
 stantinopolitani Imperatoris honorarii ac
 ex ea filiam susceperat tunc nuptam Ta-
 renti Principi Philippo Roberti Regis fra-
 tri, ad quem ipsa mortuæ matris suæ jus
 attulerat.

§. XXVI.

Sæcul. XIV.
A.C. 1326.*Designata concordia cum Græcis re-
novandæ species.*

Sanctus dein Imperatoris Andronici e-
pistola per Constantinum Fuscomalum
accepta Venetiis rursus anno 1326 scri-
psit nervosis illum verbis exhortans ad
concordiam. Eodem anno Papa ad An-
dronicum misit Nuncium cum litteris ad
Robertum Neapolis Regem, in quibus
inquiēbat: Ut Rex Franciæ Carolus no-
bis indicavit, Andronicus, qui se dicit
Imperatorem Romanorum, ei scripsit se
cupere pacem cum orbe toto & Christia-
no præcipue. Rex autem, ut certius
sciret, an revera is esset Andronici ani-
mus, statuit ad eum mittere, si placeret
nobis, Benedictum Cunesium ex Ordine
Prædicatorum Doctorem Theologiæ.
Porro considerantes, hanc rem tua & fra-
tris tui Philippi Tarentini Principis in-
teresse, hunc Doctorem, antequam ad
Andronicum abeat, ad vos ambos veni-
re volumus, ut mentem cognoscat ve-
stram, & ad nos perscribat. Dabat 20
Aug. an. 1326. Sed hæc consensionis
consilia effectu caruere.

epist. 9.

Rayn. 1326.

n. 26.

Andronicus Michaëlem suum filium *Suo. lib. 39.*
nato majorem anno 1293 imperii so-
§. 26.
Histor. Eccles. Tom. XXIII. S. cium

Sæcul. XIV. cium sibi adsciverat. Verum hic anno
A.C. 1326. 1320 supremum vitæ diem egerat, relin-
Gregoras quens filium nomine Andrõnicum instar
lib. 8. c. 1. n. 3. avi: qui eum 2 Febr. an. 1325 Impera-
c. 14. torem coronari per Patriarcham Isaiam
Cantacuz. curavit. Patriarcha Gerasimus letum
l. 1. c. 41. oppetierat 19 Apr. an. 1321, cum sedem
Sup. lib. 92. tenuisset anno uno circiter: & post tres
§. 47. fere annos vacationis Imperator illi suc-
Greg. l. 8. c. 6 cedere iussit montis Athonis Monachum
n. 7. c. 12. annos septuaginta & amplius natum, qui
 nihil habebat ad Episcopi dignitatem ap-
 positum, & vix litteras copulare noverat.
 Imperatori placuit ob magnam simplici-
 tatem suam etsi complurium, quos multi
 testabantur, errorum accusatus, & ideo
 pridem exclusus sacris ordinibus. Isaiam
 se dicebat, & ad sedem Constantinopoli-
 tanam ascendit 30 Nov. 1323.

§. XXVII.

Indignæ res in Cypro.

Rayn. 1326. Interim Papa de corrupta in Cypro reli-
n. 28. gione edoctus hac super re scripsit ad
Sup. lib. 92. Raymundum Hierosolymitanum Patriar-
§. 7. cham Latinum. Petrus Planocassagnius
Gall. Chr. Episcopus Rhodi, & Hierosolymæ Pa-
no. p. 216. triarcha honorarius obierat 6 Febr. 1318.
Rayn. 1322. Electum successorem Petrum Nicosiæ
n. 46. urbis in Cypro principis Canonicum Pa-
 pa 19 Junii anno 1322 confirmaverat.
 Sed

Sæcul. XIV.
A.C. 1326.

§, XXVIII.

*Continuatio expeditionis sacræ inter
Tartaros.*

*Sup. lib. 91.
n. 16.*

*Vading.
1326. n. 2.*

Religio semper progressus in Tartarorum Imperio faciebat: ut docet epistola Andreae Perusini Fratris Minoris, quem Papa Clemens V anno 1307 cum sex aliis in Episcopos consecratis illam in regionem miserat ad iutum labores Fratris Joannis Moncorvini. Frater Andreas sua in epistola inscripta Custodi seu Guardiano sui cœnobii Perusini rem ita narrabat: Post multas defatigationes ac pericula tandem in primariam Magni Cani urbem Cambalum adveni cum Fratre Peregrino meo Collega in episcopatu, & individuo comite in itinere meo. Fluebat annus, ut opinor, 1308. Inauguravimus illic Archiepiscopum, nempe Joannem Moncorvinum, ex mandato summi Pontificis, & annos quinque circiter ibidem mansimus; recipientes interim imperatoriam pensionem, quæ vocatur Alafa, pro victu vestituque virorum octo. Alafa quotannis potest valere centum florenos aureos secundum æstimationem mercatorum Genuensium: & hanc pensionem Imperator tribuit Legatis Principum, bellatoribus, opificibus diversarum

verfarum artium, aliisque variorum ge-
nerum hominibus. Prætereo divitias
& magnificentiam hujus Principis, im-
mensam Imperii amplitudinem, populo-
rum frequentiam, numerum & magnitu-
dinem urbium, ac pulchrum ordinem re-
gni hujus, in quo nemo gladium sustol-
lere in alium audet. Longum nimis es-
set singula commemorare, ac fidem exce-
dere viderentur, cum ipse præsens vix
credere possim ea, quæ referri audio. Et
postea:

Prope Oceanum sita est urbs ingens:
Caiton Persica lingua dicitur. Ibi Ar-
menia matrona nobilis ac opulenta con-
didit templum decorum oppido & am-
plum, quod illa consentiente Archiepis-
copus esse cathedrale voluit, fatisque
dotatum concessit Fratri Gerardo Episco-
po, & Fratribus fociis. Is ergo primus
hanc tenuit cathedram: eratque unus
ex illis septem, quos Clemens V initiari
Episcopos jusserat. Andreas pergit:
Gerardo mortuo succedere me cupiebat
Archiepiscopus: & quia repugnabam,
Ecclesiam illam tribuit Fratri Peregrino:
qui cum eam pauculis annis rexisset, o-
biit anno 1322 postridie octavam S. Pe-
tri septima Julii. Anno fere quarto an-
te mortem ejus ob quasdam causas Cam-
bali non bene me habens curavi, ut A-
lafa seu stips imperatoria mihi obtinge-
ret

Sæcul. XIV.

A C 1326.

ret Caitone, quæ itinere hebdomadam trium circiter Cambalo distat: & cum octo equitibus, quos Imperator mihi comites adjunxit, magno cum honore illic me contuli. In sylva ducentis quinquaginta passibus ab urbe construxi templum cum omnibus locis regularibus pro Fratribus viginti duobus, & cum quatuor conclavibus, quorum quodvis sufficeret cuilibet Præfuli. Ibi continenter hæreo de stipe regia vivens. Magnam ejus partem in hoc ædificium impendi: ac nescio, an tam bella, & tam amœna solitudo in tota provincia nostra detur.

Paulo post obitum Fratris Peregrini accepi decretum Archiepiscopi, ut sedem Caitonensem caperam. Parui: & jam in urbem ac templum cathedrale venio; jam in solitudine ago, prout mihi lubet. Valetudine utor bona: & porro aliquot annis, quantam provecta ætas mea permittet, operam huic messi navare potero. Vasto in hoc Imperio versantur omnium orbis nationum, omnium sectarum homines: ac secundum suam cuique vivere licet: nam quilibet in ea consequi salutem posse creditur. Tuto ac libere verbi divini sementem spargimus: sed ætate agimus in Judæis & Saracenis. Falsorum Numinum cultores plurimi baptismum suscipiunt: at multi postea mores
Chri-

Christianos non exhibent. Quatuor no-
 strorum Fratrum ob Christianæ fidei pro-
 fessionem in India Saraceni diris sup-
 plicii affecerunt: unus ex iis in ardentem
 rogam magnum bis conjectus exiit sa-
 nus & incolumis: neminem tamen hoc
 miraculum adjunxit Christo. Illi erant
 Thomas Tolentinus, Petrus Senensis, Ja-
 cobus Patavinus, ac Demetrius frater
 laicus. Necati sunt anno 1322 primo A-
 prilis die Jovis ante sacra Ramalia: reli-
 quias eorum Tanaa, ubi sanguinem pro-
 fuderant, in alium Indiæ locum Polom-
 bam, seu Colombam nomine transtulit
 Frater Odoricus de Portu Favonio, qui
 eorundem martyrii historiam litteris man-
 davit.

Sæcul. XIV.
 A. C. 1326.

A-Boll. 1. Apr.
 to. 9. p. 50.

Frater Andreas Perusinus epistolam
 suam sic continuat: Hæc tibi omnia
 paucis narraui, ut ea per te resciscant a-
 lii. Non scribo Fratribus nostris Spiri-
 tualibus, nec præcipuis amicis meis, quia
 ignoro, quinam decesserint, & quinam
 sint superstites: proin, ut excusatum me
 habeant, oro. Omnibus salutem dico,
 me summopere commendans: & tu, mi
 Pater, commenda me Ministro & Custo-
 di Perusiæ, cunctisque reliquis Fratribus
 nostris! Omnes Episcopi sedi Cambali-
 næ obnoxii, quos Papa Clemens crea-
 verat, obierunt in pace; ac ego remansi
 solus. Fratres Nicolaus Bantherinus, &

Sæcul. XIV. *Andrucius Affifinas, aliusque Episcopus vitam posuere in primo aditu Indiae inferioris, & in regione crudelissima, ubi multi alii mortui sunt ac sepulti. Dabam Caitone an. 1326 mense Januario.*

§. XXIX.

Concilium Marciacense.

*to. II. Conc.
p. 747.
Gall. Chr.
p. 994.*

*Sup. lib. 89.
§. 13.*

Sub finem ejusdem anni nimirum die lunæ 8 Dec. Guilielmus Flavacurtius Archiepiscopus Auscitanus Marciaci sua in diœcesi concilium provinciale cum Suffraganeis suis habuit. Hic Præsul in Vexinensi agro diœcesisque Rothomagensi nobili natus genere, Vivarinus primum, dein Carcassonensis Episcopus Augustam Ausciorum per Collegii suffragia translatus fuit. At ista sedes diu vacaverat. Postremus quippe Archiepiscopus Amanיאeus Armeniacensis e vita discesserat 11 Sept. an. 1318, postquam quinquaginta septem annis federat: & Guilielmus Flavacurtius ejus possessionem non prius cepit quam anno 1324 die dominico post festum S. Philippi sexto Maji.

c. 2. 3.

Hoc in concilio edebantur quinquaginta sex canones: in quibus observo sequentia. Proprii locorum Episcopi ad functiones sacras non admittant Clericos aut

aut Religiosos aliarum dioecesium sine litteris illorum, qui eis praesunt. Nam variis e terris hanc in provinciam veniunt Clerici, quorum plures, ut creditur, ex praescripto Canonum consecrati non sunt; plures proscripti, apostatae, ac improbi suos Episcopos ob crimina sua fugiunt. Concilium anathemate ferit hos externos non magis quam horum receptores litteris commendatitiis carentium. Prohibet, sicut reliqua ejusdem temporis concilia, ne laici ecclesiasticam jurisdictionem impediunt, vel turbent, Episcoporum litteras intercipient, lacerent, vel abscondant, latores earum capiant, aut verberent; ne per vim se curent absolvi a censuris, ad tribunal profanum traducant Clericos, causarumve sacrarum cognitionem capiant, vel perfugiorum libertatem infringant; ne vitae subsidia Clericis adimant vetando, nequis communi pretio eis vendat, vel ab iis emat quidpiam, illis frumentum molat, panemve coquat, vel alia praestet obsequia.

Declarat ad forum sacrum pertinere juramenta omnia etiam pactis adjuncta; & contra libertatem ecclesiasticam edita esse irrita & nulla. Praecipit, ut perjuri execratione solemni devinciantur. Cuius Parocho facienti rem divinam in templo suo unus saltem Clericus linteo indutus amiculo serviat. Omnes, qui ma-

Saecul. XIV.
A.C. 1326

c. 6. 7.

c. 8. 9. 10.

c. 47.

c. 12. 13. 15.

c. 18.

c. 19.

Secul. XIV.
A.C. 1326.

jores acceperunt ordines, omnes, qui beneficium possident præsertim animarum cura præditum, omnes Clerici Religiosi quotidie, ut tenentur, persolvant pensum horarium & in templo quidem, quotiescunque fieri potest. Interdicti tempore Canonici Clericique templorum, quæ cathedralia partim, partim collegialia vocantur, non careant quotidianis distributionibus. Clerici noctu non exeant domo sine lumine in locis, ubi hominibus profanis hoc non licet post sonitum æris campani vel tubæ.

c. 20.

c. 21. 23. 24.
25.

Omittantur abusus in sepulturis tendentes maxime ad fraudanda jura suis templa parœciarum. Non edantur indecori clamores & lamenta in exequiis; ne divinum turbetur officium. Non disjungantur membra cadaverum diversis in locis humanda. Qui duobus dominicis diebus in templo parœciæ suæ sacrificio non interfuerint, nominatim proscribantur. Decimæ declarantur ex lege divina debitæ: ac poenæ plures irrogantur iis, qui illas non fideliter, aut non ante omnes alias pensiones solverent; qui alios ab illis pendendis averterent; qui perperam usurparent illas aut retinerent. Quælibet diœcesis contribuat ad sumptus litium, quas Ecclesiæ pauperes sustinere pro tuendis jura cogentur suis. Curiones parœciarum, in quibus

c. 26.

c. 28. 29. 30.
31. 33.

c. 35.

c. 36.

quibus

quibus Religiosi jus patronatus obtinent, erunt perpetui, nec amoveri poterunt: ac Regulares, qui beneficiorum titulis gaudent, ibi resideant Episcoporum correctioni obnoxii, nec obstant illorum privilegia.

Sæcul. XIV.
A. C. 1326.

Minuantur impensæ nimiae in inspectiones Archidiaconorum. Habeant ad summum quinque equos, ac totidem famulos pedites, nullos canes venaticos, nullas aves aucupes, suumque jus procurationis vel in victu accipiant, vel in pecunia. Veteres Sanctorum reliquiæ non monstrantur extra capfas suas; neque venales exponantur, nec recipiantur novæ a Romana Ecclesia non approbatæ: nullasque ferant ii, qui stipem colligunt ex officio; nec in templis verba faciant, præterquam in litteris scripta suis. Festus S. Marthæ dies in tota provincia Auscitana celebretur 29 Julii. Hic primum invenio id solenne hac die fixum, quæ etiamnum agitur. Antea decimo nono Januarii colebantur simul duæ Sorores Martha & Maria de Bethania. Sanctum chrisina & augustissimum Sacramentum sub fera custodiantur contra abusus ad maleficia. Non imponantur tributa Clericis, aut Religiosis, vel ob lepram inclusis valetudinario. Pensiones tunc exigebant in rem suam nonnulli Domini. Non oppignorentur Clerici vel bona eorum

c. 38. 39.

c. 41.

c. 42.

Baillet. 29.
Jul. n. 7.

c. 44. 53. 54.
55.

pro

Sæcul. XIV. pro debitis alienis. Nec occupentur de-
A. C. 1327. posita in sacris ædibus.

§. XXX.

Ruffecinum concilium.

to. II. conc.
p. 1773.
Bal. to. I.
p. 635.

Elapsis sex hebdomadibus post id concilium die Mercurii post festum S. Hilarii anno 1326, scilicet 20 Januarii anno 1327 ante Pascha Arnaldus Chantelupius Archiepiscopus Burdigalensis nepos Cardinalis ejusdem nominis Ruffeci in dioecesi Pictaviensi pariter concilium provinciale habuit, ediditque duos canones, quorum primi summa est ista: Per alias sanctiones decrevimus, ut Judices alique laici, postquam commoniti fuerint, captos a se Clericos libertati restituerent: sin minus; ab officio divino cessaretur. At quotidie illorum plures experimur tam inhumanos, ut nemo vel monere illos possit, quin se innumeris exponat injuriis. Quapropter imperamus, ut Administratores Ecclesiarum ac beneficiorum, cum primum in loco, ubi resident, Clericum detineri resciverint, sine monitione ulla divinum officium, quamdiu durabit captivitas, omittant, alioquin ipso facto in anathema incurfuri. Alter canon permittit, ut Clerici, etiam Sacerdotes in foro profano causas Ecclesiarum
 five

sive Cleri gratuito agant, posthabitis sanctionibus contrariis.

æcul. XIV.

A. C. 1327.

§. XXXI.

Ludovicus Bavarus in Italia.

Priore anno 1326 Rex Neapolis Robertus Carolum Calabriæ Ducem suum filium natu majorem cum magno Nobilium numero validisque copiis Florentiam miserat Papæ ac Guelforum partes defensurum. Territi ea re Gibellini & parvi Hetruriæ ac Lombardiæ Tyranni mense Januario 1327 in Germaniam legarunt, qui Ludovicum Bavarum Imperatorem ad ferendas ipsis suppetias permoverent. Is Tridentum delatus, mense Februario ibi comitia celebrabat; quibus intererant omnes Gibellinorum Duces; inter alios Guido Tarlatus Aretinus Episcopus. His in comitiis jurabat ille se aditurum Italiam, nec in patriam reversurum, antequam Romæ fuisset.

J. VIII. l. 10.

c. 1.

c. 17.

Divulgabat inibi Papam Joannem XXII esse hæreticum ac indignum summo pontificatu: & sexdecim errores illi exprobrabat de consilio præsentium. Aderant vero complures Episcopi, & alii Præsules, multi Fratres Minores, Dominicanique, & Augustiniani, Magister Equitum Teutonicorum, atque omnes schis-

fchis-

Secul. XIV. schismatici. Potissimum arguebatur Pa-
A. C. 1327. pa, quod esset inimicus paupertatis Chri-
 sti, contendens eum habuisse rem pro-
 priam. Imperator negligens anathema-
 ta identidem coram se divinam rem per-
 agi, & Papam proscribi jubebat, quem
 per ludibrium vocabat Presbyterum Joan-
 nem. Decima tertia Martii anno 1327
Cor. p. 469. relicta urbe Tridento, superatis montibus
 Comum, & inde Mediolanum venit, quod
 intravit 13 Maji.

J. Vill. c. 20. Ejus adventus totam commovit Ita-
 liam, ac præcipue Romam, cujus cives
 Papam & hujus curiam abesse molestissi-
 me ferentes Nobilium Ordini regimen
 adimebant, ne is urbem Regi Roberto
 traderet. Igitur Sciarram Columnam
 declarabant populi Romani Ducem, ut
 civitatem regeret de consilio quinquagin-
 ta duorum ex numero suo. Per Lega-
 tos Avenionem missos orabant Papam, ut
 cum sua curia veniret Romam, & ibi se-
 dem figeret, sicut deberet: alioquin se
 Ludovicum Bavarum veluti Regem suum
 recepturos esse. Simul autem mittebant
 Nuncios ad Ludovicum, ac Regem Ro-
 bertum: & utrique significabant, se ur-
 bem ipsi destinare. Tam subdolo agendi
 modo cogitabant Romam reducere Pa-
 pæ Aulam, & divitias, quas hæc attra-
 heret.

Papa

Papa simili utens artificio simulabat se velle Romam reverti : ut indicat in epistola 20 Jan. data, qua respondens ad primam Romanorum civium invitationem causatur se negotiis urgentibus detineri, quin etiam Italiae pacandae studio. Rex Robertus tanquam Romae Senator eo miserat Pandulfum Anguillarise Comitem, & Annibaldum de Annibaldis tanquam Praetores suos, qui Papae scripserunt litteras, ubi ajunt : Bavariae tyrannus tuam urbem per vim ingressurus illam versus procedere dicitur. Populus Romanus eum pro hoste habet : & nos pro Sanctitate tua & pro Ecclesia fortiter contra illum stare decrevimus, etiam si tormenta nobis subeunda essent. Papa 8 Junii officiosam iterum responsionem reddidit ; immo etiam ad urgentem epistolam, quam ei miserant per Matthaeum de Urfinis ex Ordine Praedicatorum, postea Cardinalem.

Sæcul. XIV.

A.C. 1327.

Rayn. n. 4.

n. 5. 6. 7. 8.

§. XXXII.

*Indulgentia pro Salutatione Angelica
vesperi recitata.*

Interim Papa Romanos solaturus, vel aliam ob causam confirmavit noxarum veniam novem abhinc annos concessam iis, qui quotidie vesperi recitent Salutationem

tionem

Sæcul. XIV. tionem Angelicam. Ecclesia Santonen-
A. C. 1327. sis hunc pium morem susceperat, ut ve-
Rayn. 1318. spere Christianos æris campani pulsu ad-
n. 58. moneri curaret ad SS. Virginem hac pre-
 catione ter colendam: quam approbans
 Papa Joannes per diploma 13 Oct. 1318
 editum decem dierum indulgentiam lar-
 gitus est illis, qui hanc precandi formu-
 lam flexis genibus ter dicerent. Ean-
 dem gratiam confirmavit per alterum di-
 ploma 7 Maji 1327 datum ad Angelum
 Episcopum Viterbiensem, suum Romæ
 Vicarium. Sic introducta fuit consuetu-
 do precationis, quæ ob suum initium di-
 citur *Angelus Domini*.

Id. 1327.
n. 54.

§. XXXIII.

Sanctus Rochus.

Vading.
1327. n. 10.
Et.
Baillet. 16.
Avût.

Hunc ad annum refertur mors S. Ro-
 chi, qui per populi pietatem innotuit
 magis, quam per historiam vitæ suæ post
 annos ab ejus obitu minimum centum
 sexaginta scriptæ. Cesserone sub finem
 seculi decimi tertii profapia nobili ortus,
 cum annos viginti habens parentes ami-
 sisset suos, religionis causa Romam abiit.
 Subsistebat in quibusdam Italiæ urbibus
 peste afflictis, publicisque in valetudina-
 riis serviebat. Postquam malum etiam
 Romam afflaverat, illuc profectus ægris
 itidem per triennium circiter operam na-
 vabat

vabat suam. In reditu Placentiæ, ubi Sæcul. XIV.
 lues sæviebat, commorans, & ipse hac A.C. 1327.
 correptus, non solum nosocomium, sed
 etiam urbem relinquere cogebatur, ne
 inficeret alios. Charitatis officia præ-
 stantem sibi Dominum quendam Gothar-
 dum nomine adduxit ad contemtionem
 rerum fluxarum, & ad amorem solitudi-
 nis. Sanatus Cesseronem revenit: ubi
 spiritum Deo reddidit 16 Aug. 1327.

§. XXXIV.

*Ludovicus Bavarus Mediolani
 coronatur.*

Delato Mediolanum Ludovico Bavaro
 die Pentecostes 31 Maji anno 1327
 in templo S. Ambrosii coronam ferream
 imposuit medius Regiensem inter ac Bri- J. Vill. l. 10.
 xianum Episcopos Præful Aretinus Gui- c. 19.
 do Tarlatus absente Aicardo Mediola- Corio. p. 470.
 nensi Archiepiscopo, cujus erat hanc o-
 bire ceremoniam: sed Papæ addictissi-
 mus ne invidiam rei contraheret, se
 submoverat. Ludovicus Mediolani hæ-
 rebat usque ad duodecimum Augusti:
 tum Hetruriam petiit.

Romani Papam sibi verba dare vi-
 dentes ad eum legationem ultimam mi-
 serunt cum litteris scriptis sexto Junii
 sextoque pariter die post coronatum Me-
 Histor. Eccles. Tom. XXIII. T dio-

Sæcul. XIV.

A.C. 1327.

Rayn. n. 9.

diolani Ludovicum. Inquiebant ibi: Curvatis genibus flagitamus, ut Sanctitas tua quamprimum veniat, & abjectis cunctationibus solitis ipsa visat primariam sedem suam, quam oblita videtur. Alioquin jam nunc asseveramus, nos coram Deo, totaque Aula cælesti, coram ipsa Ecclesia, & cunctis per orbem Christianis excusabiles fore, siquid infaustum accidat, sique filii patris sui præsentia, & quasi capite destituti ad dextram vel sinistram deflectant partem. Id graviter tibi voce viva exposituros mittimus hos tres Legatos: & quia effectibus, non verbis habemus opus, stricte iis præcepimus, ut ne amplius triduo in aula Romana seu potius Avenionensi hæreant, sed celeriter revertantur, ut percepta eorum relatione nostræ securitati melius providere possimus.

§. XXXV.

Papa Romanis non satisfacit.

Auditis Oratoribus Papa deliberationem ea de re cum Cardinalibus iniit: **n. 10.** illosque post triduum apparare abitum, & suum responsum necdum compositum videns, facta eisdem discedendi copia dixit se mentem suam aperturum per Nuncios, quos propediem missurus esset. Scripsit proin Romanis epistolam, cujus hæc

Secul. XIV. *universo mundo.* Quasi ageretur illic de
A.C. 1327. fide divina, non de fidelitate Romano
 Pontifici, ut Principi profano debita.
 Hortatur, ut Bavaro strenue resistent.
n. 13. Huic ingressum Romæ, ait, speciatim in-
 terdiximus per litteras, quas Episcopus
 Viterbiensis noster Vicarius promulgare
 debuit. Dabat 27 Julii; ferebant Nun-
 cii duo, Aniciensis Præpositus, & Aga-
 thensis Chori Præfectus.

n. 14. Eodem tempore, nimirum 20 Julii
 Papa Cardinalem Joannem de Urfinis,
J. Vill. l. 10. suum in Hetruria Legatum jussit Romam,
l. 26. vel vicinum huic locum opportuniorem
 petere pacis & concordiae illic consti-
 tuendæ gratia. Legatus agebat Floren-
 tiæ, ubi die S. Joannis 24 Junii novas
 contra Ludovicum Bavarum Papæ litte-
 ras in foro S. Joannis promulgavit: dein-
 de 30 Augusti Romam versus iter susce-
 pit, ut accepto mandato satisfaceret, ac
 Romanos cum Rege Roberto reconcilia-
 ret; qui comperto Ludovici in Lombar-
 diam adventu fratrem suum Joannem
 Moreæ Principem miserat, regni sui fi-
 nes defensurum. Hunc usque ad vici-
 niam Romæ, ut eam intraret, progres-
 sum Romani volebant recipere. Igitur
 postquam Legatus Joannes de Urfinis se
 illi junxerat, die lunæ 28 Sept. per frau-
 dem ac tenebras nocturnas Romam in-
 gressi, templum S. Petri, & proximam
 partem

partem urbis occuparunt. Sed orta luce ab iis, qui opem promiserant, deserti post cruentam pugnam turpiter se subducere cogebantur. Ita Legatus injunctum sibi mandatum egit.

§. XXXVI.

Ludovicus intrudit Episcopos.

Interim 12 Aug. digressus Mediolano Ludovicus Bavarus Urceis in quodam agri Brixiani castro comitia sive senatum habuit, ubi aderant omnes partium ejus duces: & his in comitiis nullam Papæ rationem ducens tres decrevit Episcopos, primum Cremonæ, Como alterum, tertium Tiferno. Ecclesiæ Cremonensi Papa 21 Martii hoc anno 1327 præfecerat Hugolinum Marcofanensem Dominicanum: qui Bandinum ab Imperatore sibi suffectum pepulit, & in sede Cremonensi septendecim annis se defendit. Comensis cathedra vacabat per obitum Leonis Rambertengii ex Ordine Minorum. Franquinus quidem Rusca tum Comi Dominus curavit per Collegium in Episcopum eligi suum fratrem Valerianum ejusdem Ecclesiæ Archidiaconum. Sed Papa electionem non habuit ratam: quia Franquinus ab Imperatore Ludovico stabat; cui propterea hæc electio adscri-

T 3

pta

Sæcul. XIV.
A.C. 1327.

c. 33.

Ughell. to. 4.
p. 830.

to. 5. p. 307.

Sæcul. XIV.
A. C. 1327.

to. I. p. 637.

Vill. I. 10.
c. 34.

J. Vill. I. 10.
c. 35.

pta fuit. Calendis Januariis sequentis
anni 1328 Papa hunc episcopatum con-
tulit Benedicto Asinagio Ordinis Prædi-
catorum. Hinc natum est in illo tractu
septenne bellum civile: sed tandem vi-
cit Benedictus. Tifernensem Præfulem
agebat Guilielmus Carmelita Summo a
Pontifice constitutus anno 1324: & ille,
quem ei succedere volebat Imperator, e-
rat e familia Tarlatorum, ac probabiliter
cognatus Aretini Episcopi.

Post comitia Ureeana Imperator de-
latus in Hetruriam ante Pisas substitit:
quæ admittere eum reculabant, proseri-
ptum, nec Imperatorem esse agnitum ab
Ecclesia causantes; nolle se hujus, Re-
gisque Roberti, ac Florentinorum ami-
citiâ dimittere. Quod circa urbem a
sexto Septembris 1327 usque ad Octa-
vum Octobris oppugnatam certis condi-
tionibus in deditionem accepit. Quæ
res illum reddidit magnum, & omnibus
formidabilem. Pisis manebat amplius
bimestri spatio.

§. XXXVII.

Guido Episcopus Aretinus moritur.

Huc eum sequutus erat Guido Tarlatus
Aretinus Episcopus. At postquam
cum Castrucio coram Imperatore jurgio
conten-

contenderat, offensus in illum abiit, ac rediens domum in itinere decubuit æger. Mortis periculum cum videret, seu ex tædio, seu pungente conscientia de susceptis partibus dolens coram pluribus Religiosis, Clericis, & profanis ajebat se peccasse in Papam & Ecclesiam; Joannem XXII esse virum justum & sanctum; e contrario Bavarum, qui se diceret Imperatorem, esse hæreticum, fautorem Tyrannorum, & neutiquam legitimum Principem. Jurabat se hac de re litteras publicas per Notarios confici curaturum, atque si Deus ipsi sanitatem redderet, fore semper morigerum Ecclesiæ ac Papæ, inimicum vero rebellium contra eum. Tum solutus in lacrymas postulato pœnitentiæ Administro, receptisque Sacramentis inter magna indicia summi ob admittas noxas doloris obiit 21 Octobris. Cadaver Aretii multo cum honore humatum fuit. Nihilominus Papa suos Nuncios jussit inquirere, an ejus pœnitentia visa esset seria, & an corpus sepultura ecclesiastica potuisset affici?

Sæcul. XIV.
A.C. 1327.

6. 36.

Rayn. n. 18.

§. XXXVIII.

Sanuti epistolæ.

Post Imperatoris adventum in Italiam
Marinus Sanutus Venetus plures scri-

T 4

psit

Sæcul. XIV.

A. C. 1327.

ep. 16. p. 305.

psit litteras, quæ hanc ad historiam explanandam serviunt. In prioribus mense Martio anno 1326, nimirum 1327 ante Pascha datis inquit: Quia hic Bavarus venit, credo, salvo iudicio meliore, pium fore opus, si Papa eum reciperet in gratiam, & probus vir aliquis se interponeret, ut cessarent tot mala, quæ in dies crescunt. Sumptus, quos Romana Ecclesia in res Italiae facit, possent utiliter impendi in bonum terræ sacrae, ibique magni progressus bellici fierent. Si Papa cum Bavaro rediret in concordiam, facile hic Princeps cum Rege Roberto, huiusque filio Calabriae Duce, ac Rex Robertus cum Rege Friderico reconciliari possent. Scis mala hoc a bello Siculo in Christianos profecta: quibus merito annumeraverim jacturam Ptolemaidis, ac reliquæ Palæstinæ. Præterea, dum Bavarus transcens montibus Bergamum intrabat, Religiosi, & Clerici instructo ordine cum crucibus elatis ac sequente populo illi obviam procedebant cantantes: *Benedictus, qui venit in nomine Domini!* Reserabantur carceres, ac per aliquot dies ibi commoranti omne honorum genus pro viribus præstabatur. Similes Comi expertus inde Mediolanum ibit. Papæ in Lombardia Legatus agit Bononiæ, quam cum cæteris locis, quæ in potestate habet, muniri, quantum fieri

p. 306.

ri potest, curat. Sed hi Germani sunt ^{Sæcul. XIV.}
 bello acerrimi; & Lombardi pariter: qui A.C. 1327.
 præterea subdoli & malitiosi minime tan-
 gerentur, si apud nos schisma schismati
 Græcorum simile eveniret, quod avertat
 Deus!

Alia in epistola eodem anno ad Ber- ^{ep. 17. p. 308.}
 trandum Pojetum Papæ in Lombardia
 Legatum missa dicit se ipsi mittere ex-
 emplar litterarum, quas ad Papæ cu-
 riam, Aulamque Gallicam scripsisset de
 sedanda cum Bavaro discordia: & ad-
 jungit: Credo Papas priores bonum sibi
 præfixisse scopum. At si vidissent, quæ
 nos videmus, non se adeo coniecissent in-
 tricas accipiendo dominia profana præ-
 fertim in Italia, ut Nicolaus III de Ur-
 sinis, qui principatum Bononiæ ac Roman-
 diolæ in se suscepit. Italos & corruptos
 eorundem mores nosti per longam tuam
 in Italia commorationem. Quodsi Pa-
 pa possedisset Mediolanum ac totam re-
 gionem reliquam, non diu eam in pace
 servare potuisset. Itali a Clero regi ne-
 queunt ob nimiam malitiam suam &
 crimina inter se regnantia. Et postea:
 Vides miserabilem statum Italiæ, ubi nec
 terra nec mari sine periculo iter fieri po-
 test gravissimo commercii damno. Ita-
 que Christianis solida pace opus est: nec
 alium hujus obtinendæ modum in præ-
 sens video, quam si habeamus Imperato-

T 5 rem,

Sæcul. XIV. rem, qui placeat Ecclesiæ. Ex Bavari
 A.C. 1327. Consiliariis comperi, eum Papæ libentis-
 p. 310. sime exhibiturum obsequia, quæcunque
 ambobus congruerent; ac probe scio il-
 lius focerum Hannoniæ Comitem huic
 negotio aptissimum fore, si audiretur.

§. XXXIX.

*Papæ litteræ contra Ludovicum Ba-
 varum, & Marsilium.*

Papa Joannes, seu nescierit hæc con-
 silia, seu non probaverit, aversum a
 Ludovico Bavaro servans animum, ulti-
 mo decreto Pisis hærentem exagitavit.

§. Vill. l. 10. Memorat ibi primum suas sanctiones de
 c. 37. paupertate Christi, nempe tres litteras:
 Rayn. 1327. *Ad Conditorem, Cum inter nonnullos, &:*
 n. 20. *Quia quorundam.* Deinde ait se vidisse
 §. 63. scriptum Ludovici Bavari expresse conti-
 Lib. 93. c. 5. nens hæresim damnatam per hæc litte-
 13. ras a se missas in diversa Germaniæ ac
 Sup. §. 12. Italiæ loca. Id scriptum est haud du-
 §. 21. bie contestatio facta 22 Oct. 1324. Pa-
 pa subjungit: Duo homines improbi
 Marsilius Patavinus & Joannes Jandu-
 nus Ludovico tradidere librum plenum
 erroribus, quos in ejus terris, immo pu-
 blice coram ipso defenderunt. Hanc
 doctrinam olere hæresim, Marsiliumque
 ac Jandunum tanquam hæreticos punien-
 dos

dos esse per aliquot eruditos catholicos Sæcul. XIV.
 edoctus retinuit tamen illos, & in fami- A. C. 1327.
 liaritatem admisit suam.

Præterea etfi per plures sententias Romanis exclusus sacris Parochos aut Religiosos interdum etiam invitos interdictis in templis ipsorum fidei commissis facere rem divinam jussit: quod eum ut spretorem potestatis clavium de hæresi suspectum reddit. Tum Papa refert illum a se admonitum, & citatum fuisse sæpius eo modo, quo possit homo liberum ad se aditum non permittens. Denique illum declarat contumacem & convictum hæresis, cujus eum ex formula judiciorum condemnat, privans cunctis dignitatibus, bonisque seu possint moveri seu nequeant, ac omni jure ad Palatinatum Rheni, & ad Imperium; prohibet simul, nequis ei obtemperet, faveat, vel adhæreat, quicumque sit. Dabat 23 Oct. 1327.

S. 22.

Eodem die Papa edidit aliam constitutionem contra Marsilium & Jandum, scilicet contra eorum librum, cui titulus erat: *Defensor pacis*. Papa illorum errores redigit ad quinque capita. I. Christus geminæ drachmæ tributum solvit, quia id facere tenebatur: & ideo Ecclesiæ bona profana Imperatori obnoxia sunt. II. S. Petrus non magis quam quilibet ex reliquis Apostolis fuit Ecclesiæ

Rayn. 1327.

n. 27. 35.

Matth. 17.

n. 23.

Sæcul. XIV.
A.C. 1327.

fiæ caput: Christus eorum neminem constituit Vicarium suum, vel caput Ecclesiæ. III. Imperatoris est Papam corrigere, ac punire, decernere ac movere gradu. IV. Ex institutione Christi omnes Sacerdotes, Papa, Archiepiscopus, & simplex Presbyter æqualem habent authoritatem, quin etiam jurisdictionem: id quod unus habet amplius, quam alter, venit ex concessione Imperatoris, qui hanc revocare potest. V. Nec Papa, nec tota simul Ecclesia quempiam quantumvis improbum ad subeundam pœnam compellere potest, nisi hanc potestatem ab Imperatore accipiat. Papa hæc quinque capita ut hæretica, Marsiliumque ac Jandunum velut hæresiarchas condemnat.

Exod. 30.
v. 13.
V.D. Aug.
Calmet sur
Matth. 17.
v. 23.

De primo capite notandum est Marsilium cum quibusdam interpretibus pro certo posuisse, duas drachmas a Christo solutas fuisse pensionem Imperatori debitam. At re ipsa erant tributum, quod Israëlitæ singuli ex lege Moysis pendebant Deo, in templi reparationes infundendum. Quapropter Christus ad S. Petrum dixit se immunem esse tanquam filium Dei. Damnatio capitis quinti tendit ad permissionem duarum potestatum, sacræ ac profanæ: nam vis cogendi ad pœnas pertinet ad posteriorem, quam Christus Ecclesiæ non dedit suæ: ut
Clerus

Clerus Gallicus solenniter declaravit an-
no 1682. sæcul. XIV.
A. C. 1327.

§. XL.

Cardinales novi.

*Declar. Cleri
Gallic. 19.
Mart.*

Die Veneris, quo jejunium trimestris
ecclesiastici colebatur, 18 Decem-
bris 1327 Papa tertio delectu decem
Cardinales creavit, scilicet Joannem Con-
venienssem primum Archiepiscopum To-
losanum; Annibaldum Cajetanum Ro-
manum Neapolis Archiepiscopum; Ja-
cobum Furnerium Episcopum Mirapici-
num, postea Papam; Raymundum Mu-
stejulium Papulofanensem Episcopum;
Petrum Mortemarum Antiffiodorensem,
& antea Vivarinum Episcopum, Cardi-
nalem Presbyterum de S. Stephano; Pe-
trum Dechapium Episcopum Carnuten-
sem, Cardinalem Presbyterum de S. Mar-
tino ad Montes; Matthæum de Ursinis
ex Ordine Prædicatorum Sipontinum
Archiepiscopum; Petrum Gomesium
Barrosinum seu Toletanum Episcopum
Carthaginis novæ, Cardinalem Presby-
terum de S. Praxede; Joannem Colu-
mnam Romanum Cardinalem Diaconum
de S. Angelo, sæpe laudatum in episto-
lis Petrarchæ; Imbertum Anicienssem,
oriundum Cesserone, Papæ cognatum,
Cardinalem Presbyterum de duodecim
Aposto-

*Baluz vit.
to. I. p. 140.
753 &c.
J. Vill. l. 10.
c. 53.*

Sæcul. XIV. Apostolis. En decem hujus delectus
A. C. 1328. Cardinales!

§. XLI.

*Ludovicus Bavarus Romæ
 versans.*

J. Vill. l. 10. c. 49.
Rayn. 1327. n. 38.
Vill. c. 55.
Ughell. to. 3. p. 535. 610.
Baluz. to. 1. p. 713.

Interim Ludovicus Bavarus 15 Decembris reliquerat Pisas, & Romam versus procedebat, nullum expertus obstaculum a Duce Calabriae, vel a Papæ Legato in Lombardia, qui junctas vires ejus itineri debebant opponere; ad mentem Papæ. Igitur 2 Jan. 1328 delatus Viterbium Ludovicus, cum exploratam Romanorum erga se benevolentiam haberet, die Martis quinto mensis ejusdem inde abiit, & die Jovis septimo mensis intravit Romam. Hilarissime receptus descendit ad palatium Vaticanum, ubi manebat quatrduo: deinde trans Tiberim ad S. Mariæ templum Majus habitabat. Sequentie die lunæ conscenso Capitolio magnum habuit senatum seu conventum: aderatque omnis populus, qui amabat ejus dominatum. Gerardus Orlandinus Aleriaë in Corsica Episcopus Ordinis Augustinianorum Ludovici nomine populo Romano gratias dicebat pro honoribus ipsi exhibitis, promittens eum protectum ac relevatum iri. Populus accla-

acclamabat: Vivat noster Dominus ac Rex Romanorum! Hoc in conventu statuta fuit proxima dominica decima septima dies Januarii, qua Ludovicus coronaretur. Venerant cum eo Romam multi Præfules, Clerici, ac Religiosi cunctorum Ordinum Mendicantium rebelles contra Papam. Idcirco multi Clerici & Religiosi catholici exhibant urbe, quæ interdita mansit, ita, ut nec pulsaretur æs campanum, nec divinum officium caneretur nisi a schismaticis. Ludovicus Sciarram Columnam iussit catholicos, eo compellere: sed resistebant: & quidam Canonicus Vaticanus custodiæ suæ commissum sudarium sacrum, alio nomine Veronicam, seu veram iconem Christi occuluit: quæ res magnopere turbabat Romam.

Præfinita die 17 Jan. Ludovicus in basilica S. Petri maximis ceremoniis coronatus est Imperator cum Imperatrice sua conjuge. Ad supplendam Papæ absentiam inunxit illum Jacobus Albertinus Cardinalis Albertini nepos, an. 1311 factus a Papa Clemente V Castellæ seu Venetiarum Episcopus: sed anno 1322 a Joanne XXII dignitatem Bartholomæo Quirino cedere iussus Imperatori se addixerat. Assistebat ei hoc in actu Gerardus Orlandinus Episcopus Aleriæ proscriptus instar Jacobi. Ludovicus post

Sæcul. XIV.
A. C. 1328.

J. Vill. c. 56

Ughell to. 5.
p. 1344.

impo-

Sæcul. XIV.
A. C. 1328.

impositam sibi coronam curabat legi tria decreta imperatoria, per quæ spondebat fore, ut conservaret fidem catholicam, Clerum honoraret, pupillos & viduas tutaretur: quæ Romanis admodum placebant. Peracto dein divino sacrificio epulum solemne adiit: productique ad noctem usque sunt augusti ritus. Ita Ludovicus Bavarus inauguratus est Imperator invito Papa.

Ragn. 1328.
n. 4.

Hic nondum rem noverat, cum ad Cardinalem Joannem Urfinum suum in Hetruria Legatum scripsit, ut promulgaret, cunctos, qui per anni spatium sub Ecclesiæ signis contra Ludovicum arma gererent, nacturos eandem noxarum veniam, quam acciperent adeuntes terram sacram. Volebat hac ratione moram injicere Ludovico tendenti Romam: at is jam tertiam ibi hebdomadem agebat: nam ille litteras dabat 21 Jan. Similes misit Cardinali Bertrando Pojeto suo in Lombardia Legato, & Ingramo Capuano Archiepiscopo, Regis Neapolitani Cancellario. Sed Ludovicum intrasse Romam, & quæ ibi facta essent, edoctus 27 Febr. Angelo Viterbiensi Episcopo, suo in sacris Vicario, Cleroque Romano scripsit honorifice laudans eorum fidem, & ad constantiam exhortans.

n. 7.

§. XLII.

Sæcul. XIV.
A. C. 1328.*Mors Caroli Pulchri. Philippus Valesius Franciæ Rex.*

Primo ejusdem mensis obiit Carolus Pulcher Rex Galliæ, postquam sex annis & uno mense regnaverat, & triginta tres annos vixerat. Quia non reliquit prolem masculam, corona transiit ad ejus patruelem Philippum Valesium, quem genuerat Comes Carolus Philippi Pulchri frater. Rex novus Remis dominica SS. Triadis 29 Maji ab Archiepiscopo Guilielmo Triensi solenniter inunctus regni clavum viginti duobus annis tenuit.

Cont. Nang.

p. 725.

p. 730.

§. XLIII.

Augustinus Trionfus.

Hoc anno 1328 decessit Augustinus Anconitanus celeberrimus Doctor ex Ordine Eremitarum S. Augustini, notior sub nomine Augustini Trionfi. Adhuc ætate florens aderat secundo concilio Lugdunensi anno 1274. Anconitanus patria tempus aliquod in Universitate Parisina, multos annos Venetiis, sed quam plurimos Neapoli transegit Regibus Carolo ac Roberto apprime charus: & ibidem vitæ cursum confecit natus annos octoginta.

Cave. 1290.

p. 517.

Hist. Ecclesiast. Tom. XXIII.

U ginta

Sæcul. XIV. ginta quinque. Ejus opus præcipuum
A.C. 1328 est Summa potestatis ecclesiasticæ Papæ
 Joanni XXII dedicata: ubi cernimus, quo
 usque tum temporis Papæ potestatem
 protenderint Doctores: nam author ibi
 affirmat sequentia.

Quæst. I.
art. I.

Solius Papæ potestas proxime venit
 a Deo: id explicat de potestate jurisdic-
 tionis in rebus tum sacris, tum profanis.

art. 3.

Papæ potestas est major quavis alia: quia
 is judicat de omnibus; & a nemine ju-
 dicatur.

art. 7. 8.

Papæ potestas est sacerdotalis
 ac regia: quia is obtinet vicem Christi,
 qui utramque habebat: est spiritualis &
 civilis, quia qui potest id, quod est plus,
 potest etiam illud, quod est minus. Au-
 thor non omittit tractare quæstionem

Q. 4. ar. 3.

tantopere agitatam ob S. Cælestinum,
 nempe an Papa se possit abdicare mune-
 re? & concludit hoc eum posse. Asse-
 rit Papam exauthorari non posse ob ul-
 lum crimen, nisi ob hæresim; & hoc in

Q. 5. a. 1. 6. 7.

casu eum posse moveri gradu per conci-
 lium generale, & condemnari etiam post
 mortem. Nemo appellare a Papa po-
 test ad concilium generale; quia conci-
 lium a Papa suam authoritatem accipit.

Q. 6. a. 6.

Ad Papam ut Ecclesiæ caput pertinet
 statuere, quid sit de fide: ac injussu ejus

Q. 10. a. 1. 4.

inquirere in hæresim nulli licet. En fun-
 damentum tribunalium Inquisitionis. Pa-
 pæ

pæ

pæ solius est Sanctos edicere: neque hac in re falli potest.

Sæcul. XIV.
A. C. 1328.

Q. 14. a. 1. 4.

Q. 19. a. 1. 3.

a. 4. 5.

Q. 21. a. 1.

Q. 22. 23. 24.

Q. 26. a. 34.

35.

Q. 27. a. 1.

Q. 28. a. 6.

Papa solus est sponsus Ecclesiæ universalis: in qualibet diœcesi habet jurisdictionem proximam, quia Episcoporum omnium jurisdictio ab eo proxime manat: & licet magis proprie Romanus sit Episcopus, potest per se ipsum, aut per substitutos in qualibet diœcesi, & in quavis parœcia facere, quod possunt Episcopi & Parochi. Papam decet residere Romæ potius quam uspiam alibi tum ob dignitatem urbis, tum quia ejus est Dominus civilis. Hæc sententia eo dignior notatu est, quod opus sit dedicatum Papæ Joanni XXII Avenione sedendi: at nempe author erat Italus. Posthæc agit de obedientia Papæ præstanda non modo a Christianis, sed & ab ethnicis ac Judæis. Contendit esse Papæ, ut de tyrannis poenas repetat etiam civiles, & classicum sacrum contra eos cani jubeat. Probabiliter intelligebat parvos tyrannos, quorum plena erat Italia.

Papa solus contorquere anathemata potest: quia solus potest interdicare communionem Christianorum omnium: Episcopi non id possunt nisi per jurisdictionem ab eo sibi collatam, & definitam. Papa hæreticos poenis afficit non solum sacris, verum etiam profanis, scilicet publicatione bonorum & supplicio corporum

U 2

rum

Sæcul. XIV.
A.C. 1328.

Q. 29.

Q. 32. a. 3.

Q. 33. a. 3.

a. 3. 4.

a. 6. 7.

Q. 36. a. 3.

Q. 38.

Q. 39.

Q. 40.

rum per operam Magistratus civilis. Papæ potestas per condonationes noxarum sub terram usque penetrat, nimirum in flammæ piaculares, ac in sedes infantium: utrumque locum exspoliare potest.

Papa Imperatorem possit per se ipsum eligere sine ministerio Electorum, quos constituit. Nam illud, quod tum credebatur, author pro certo ponit, Papam Gregorium V. Imperatoris Ottonis III. tempore septem Electores Imperii sic instituisse, ut sunt etiamnum: quod nullus illius ætatis scriptor docet. Eodem fundamento nixus asseverat a Papa Electores mutari, & aliunde quam ex Germania sumi, aut Imperium reddi hæreditarium posse. Negat etiam, Papam ab Imperatore profanum dominium suum habere, tametsi de donatione Constantini non dubitat. Hic Princeps, ait Trionfus, duntaxat S. Silvestro restituit, quod ante baptismum suum inique possederat. Papæ autoritas Imperium a Romanis ad Græcos, a Græcis ad Germanos transtulit, & sic ad alios transferre possit. Imperator electus, nisi confirmatus coronatusque a Papa fuerit, eique juraverit fidelitatem, Imperii clavum tractare nequit. Denique Papa Imperatorem detrahente de fastigio, eique obnoxios a juramento fidelitatis absolvere potest.

Cuncti

Cuncti Reges cæteri pariter tenentur obedire mandatis Papæ, ac profanam potestatem ei suam in acceptis referre tanquam Christi Domini Vicario omnem jurisdictionem in rebus sacris & civilibus habenti: & quisquis seu a Rege quopiam, seu ab Imperatore læsum se videt, ab ejus sententia potest ad Papæ judicium appellare. Hic Reges cunctos publice peccantes corrigere, ob justam causam de gradu dignitatis dejicere, Regemque alium quolibet in regno creare potest. Hæc sunt principia, ex quibus Bonifacius VIII emendare Philippum Pulchrum volebat. Atque ista satis indicant, quo usque protulerint Papæ potestatem Doctores illius temporis; & quam odiosa sit reddita, cum studiose nimis extolleretur.

Sæcul. XIV.
A. C. 1328.

Q. 45. a. 1. 2.

a. 3.

Q. 46.

Sup. Lib. 95.

§. 7.

§. XLIV.

Ludovicus Bavarus exauthorat Papam.

Interim Romæ agere Imperatorem pergens Ludovicus Bavarus die Jovis 14 Aprilis in foro S. Petri senatum sive conventum habuit imperatorio ornatu insignis, folio basilicam Vaticanam inter ejusque gradus erecto insidens, ac Præfulum, Clericorum, Regularium, Judicum,

J. VII. l. 10.

c. 69.

Sæcul. XIV.
A.C. 1328

cum, & Advocatorum magno stipatus numero. Ibi coram populo Romano iussit promulgari decretum, ut, quisquis convinceretur hæreseos aut læsæ majestatis, capite plecteretur secundum leges antiquas; ut quilibet Judex legitimus etiam nemine petente illum judicare posset; atque, ut hoc edictum se ad crimina jam commissa, sicut ad futura tenderet. Sequenti die lunæ 18 Aprilis similem senatum vocari voluit in eundem locum: quo venit indutus purpura, in capite coronam, sceptrum aureum dextra, pomumque seu globum sinistra gerens manu. Conscenso folio magnifico & alto, ut ab universo populo spectari posset, habebat circa se Præsules, Proceresque ac Ordinem Nobilium. Cum confedisset, imperato silentio Augustinianus quidam nomine Nicolaus Fabrianensis progressus in medium contenta voce clamabat: Adestne procurator aliquis, qui velit defendere Presbyterum Jacobum Cadurcensem, qui se dicit Jeannem Papam? Hæc ter vociferanti respondente nemine quidam Germaniæ Abbas literatissimus promovit gradum, & Latinam orationem disertam dixit in illum Scripturæ locum: *Hæc est dies boni nuncii.*

4. Reg. 7. 9.

Baluz. vit.
10. 2. p. 512.

Tum legebatur longissima Imperatoris sententia, cujus summa hæc erat.
Deus,

Deus, qui Sacerdotium & Imperium nullo homini subjecta instituit, ut res divinas alterum, alterum humanas administraret, nos esse Imperatorem Romanorum voluit, ut exterminaremus improbos, & pacem subditis curaremus. Idcirco atrociam crimina Jacobi Cadurcensis, qui se dicit Papam Joannem XXII, diutius ferendo impares relictis nostris teneræ adhuc ætatis liberis & patria, velociter Italiam Romamque primariam sedem nostram petivimus: quam nequiquam resistantem ingressi, accepta hic corona curavimus nostram agnosci potestatem, ac rebelles repressimus. Cognovimus autem creditum Papam per iniquas alienorum jurium usurpationes seditiosos concitasse motus, & impunitate ad perpetrandas porro res indignas animatum iri. Per speciem subsidii terræ sacræ mittendi coacervavit opes, quas tum Ecclesiæ totius Clero extorsit violentis exactionibus, tum comparavit per mercatum sacrilegum beneficia conferendo hominibus nec ætatem, nec mores idoneos, nec doctrinam habentibus. Nostrarum veniam pro stipendio spondet homicidis: & in nostro Imperio discordias ferere non cessat.

Ecclesiæ ministros inducit ad stringendum gladium profanum, quem adhibere vetantur per sacros canones; &

U 4

violat

Sæcul. XIV.
A.C. 1328.

p. 514.

Sæcul. XIV.
A. C. 1328.

Sup. 9. 9.

Matth. 22.
v. 21.

Joan. 6. v. 15

Jo. 18. v. 36.

violat Sacerdotium Christi, dum Cardinales suos in Italia Legatos, Præfules, aliosque Viros ecclesiasticos humano sanguine scædare manus jubet, ita, ut Antichristus mysticus, vel saltem Antichristi præcursor vocari queat. Quod Christiani Saracenis finitimi, ut Armeni & Russi per quinque annos magnopere flagitabant, auxilium denegavit: & per causam propagandæ fidei Teutonicorum Equitum Magistrum inducias cum ethnicis Borussiae initas observare voluit: unde accepta occasione hi barbari non dubitabant multos Christianos, quin etiam infantes in cunis occidere; magnum illorum numerum in servitutem abstrahere; Virginibus Deo sacris, aliisque foeminis stuprum inferre; profanare templa; immo sanctissimam hostiam hasta transfixam sustollere clamantes: Ecce Christianorum Deus! Multas triremes a Rege Franciæ Regi Armeniæ missas in Genuenses nobis subjectos avertit.

Vendicavit sibi perperam usurpando duas potestates, imperatoriam & sacerdotalem, quas Christus voluit esse distinctas, & Viris diversis proprias: ut ostendit, cum diceret: *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari; &, quæ sunt Dei, Deo!* cum fugeret in montem solus, ne renunciaretur Rex; cum diceret ad Pilatum: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Et vero

vero Juris pontificii periti fatentur Pa-
 pam non habere utramque jurisdictionem, Sæcul. XIV.
A.C. 1328.
 nobisque solis esse potestatem profa-
 nam. Igitur hanc tenemus per solam e-
 lectionem; nec nobis opus est ullius ho-
 minis confirmatio. Præterea, ut perbe-
 ne scimus, ad officium nostrum pertinet
 Ecclesiæ defensio; cujus rationem soli
 reddemus Deo: & ob id munus debe-
 mus succurrere Cardinalibus, Episcopis,
 cæterisque Præsulibus, qui per sua mo-
 nita non potuerunt hactenus impedire
 hunc hominem, quo minus solveret di-
 sciplinam ecclesiasticam: ut facit infir-
 mando canonicas electiones Virorum ha-
 bilium, collationes Ecclesiarum cathedra-
 lium arbitrio suo reservandi gratia, ut ex-
 clusis inde Viris idoneis indignos &
 sui similes illis præficiat. Adhæc per
 totum pontificatum suum nunquam resi-
 debat in hac sancta urbe Roma etsi a po-
 pulo suo per solemnes legationes voca-
 tus: e contrario in Romanos, velut in
 ethnicos, bellum sacrum edici jussit.

p. 518.

Quocirca statuimus adhibere autho-
 ritatem nobis datam divinitus *Ad vindi-*
ctam malefactorum, laudem vero bonorum,
 ut ait S. Petrus; & uti gladio, quem non
 sine causa portamus, ut S. Paulus loqui-
 tur. Imperatoris Ottonis I cum Clero ac
 populo Romano exauthorantis Papam
 Joannem XII, & consecrari alium jubentis

I. Pet. 2. 14.

Rom. 13. v. 4.

Sæcul. XIV. tis exemplum sequi volumus : & Jaco-
A.C. 1328. bum Cadurcensem per sua scripta contra
 perfectam Christi paupertatem convictum
 hæresis, atque ob injustas nostræ per-
 sonæ ac Imperii vexationes læsæ maje-
 statis reum episcopatu Romano hanc per-
 sententiam exuimus : sic censebant com-
 muniter, petebantque Clerus ac populus
 Romanus, Germaniæ ac Italiæ Princi-
 pes, Præfulesque, & quam plurimi alii
 Christiani : sic rogabant efflictim Romani
 Clerici ac populi Oratores instructi man-
 dato peculiari, & litteris consignato.
 Ita privatum quovis ordine, beneficio,
 munere ac privilegio ecclesiastico Jaco-
 bum profanæ nostrorum Ministrorum po-
 testati subjicimus puniendum ut hæreti-
 cum. Et postea : Romæ ac toti Eccle-
 siæ propediem providere de pastore ca-
 tholico cogitantes præcipimus, ut Chri-
 stiani omnes dictum Jacobum tanquam
 manifesto convictum hæresis devitent,
 alioquin cuncta privilegia, & quæ ab Im-
 perio habent, prædia beneficiaria amis-
 suri. Hæc sententia sigillo aureo muni-
 ta erat.

*Sup. lib. 56.
 p. 5. 6. 7.*

Exemplum Ottonis I, quod Ludovi-
 cus huc adducit, non ei favet. Memo-
 ravi suo loco, quid factum sit, cum Papa
 Joannes XII anno 963 de fastigio detra-
 heretur. Imperator Otto rogantibus Ro-
 manis in templum S. Petri magnum con-
 vocavit

vocavit concilium: cui intererant Epis-
 copi quadraginta circiter, & in his tan-
 tum quatuor Germani, annumerato Bre-
 mensi Archiepiscopo: reliqui omnes e-
 rant ex diversis Italiae partibus: compa-
 rebant etiam Cardinales sexdecim. A-
 derat ibidem Imperator, non ut Judex,
 sed ut pars, suasque de Papa querimo-
 nias proponebat: quem bis citatum ex-
 auctorabant Patres, orabantque Impera-
 torem, ut illum ex Ecclesia pelleret.
 Quantaunque seculo decimo regnabat
 ignorantia, manebat tamen disciplinae ve-
 teris traditio, & forma judicandi Epis-
 copos adhuc in memoria hærebat. Scio
 Cardinalem Baronium, & hodiernos col-
 lectores conciliorum illud appellare con-
 ciliabulum: sed hoc ei nomen sua ex au-
 thoritate privata tribuunt.

Sæcul. XIV.
 A.C. 1328.

§. XLV.

Jacobi Columnæ audacia.

Quatriduo post, quam hæc sententia in
 Papam Joannem XXII pronunciata
 fuerat, nempe 22 Aprilis delatus Romam
 Jacobus Columna Stephani filius in foro
 S. Marcelli coram Romanis mille ac plu-
 ribus congregatis Papæ litteras contra
 Ludovicum Bavarum proferebat, quas
 nemo adhuc Romæ promulgare ausus
 fuerat. His accurate perlectis hunc in
 modum

J. Vill. l. 10.
 c. 71.

Sæcul. XIV.
A.C. 1328.

modum loquebatur. Ut Clerus Romanus comperit, Ludovicum Bavarum, qui se dicit Imperatorem, adierunt duo Syndici, alter populi, Cleri nomine alter, qui Papam Joannem XXII accusavit. Sed putatus iste Syndicus non erat verus: quia, qui primarium Romæ Clerum conficiunt, Vaticani, Lateranenses, atque Mariani templi Majoris Canonici, & alii qui hos proxime sequuntur, Ecclesiastici, Abbates cum Cœnobitis suis Fratresque Mendicantes ob ingressos urbem homines, quos abdicarat Summus Pontifex, eam plures abhinc menses jam reliquerant, alioquin ipsi anathemate devinciendi. Igitur opponens me factis Ludovici Bavari contendo hunc neutiquam pro Imperatore, sed in numero impiorum habendum cum universis sibi adhærentibus; Joannem vero Papam legitimum & catholicum esse.

Multa in hanc rem dicebat Jacobus, offerens se ad ea, quæ assereret, argumentis, atque, si foret opus, stricto gladio tuenda in loco neutrarum partium. Tum celeriter Papæ litteras januæ templi S. Marcelli repugnante nemine sua affixit manu; & conscenso equo cum quatuor equestribus sociis Roma Præneste abiit. Cum facinus per urbem totam fermone omnium percrebuisse; Imperator in Vaticano palatio agens multos equites

equites armatos misit, qui talia ausum Sæcul. XIV.
A. C. 1328.
caperent. Sed illum velocitas equi sui
jam longe abstulerat. Papa tam fortem
Columnæ animum edoctus in Episcopi
gradu positum ad se venire jussit: quod
iste fecit.

Postero die sabbati 23 Aprilis anno 6. 72.
Rayn. 1328.
n. 21.
1328 Imperator cum Senatoribus cæte-
risque Romani populi Præfectis ad se
vocatis habita de Jacobi facto delibera-
tione longa promulgandam curavit le-
gem, qua Papa teneretur Romæ assiduo
commorari, nec ultra iter bidui abscedere
sine permissione Romani Cleri ac populi:
qua impetrata Senatus pontificius & curia
in urbe permanerent. Si Papa contra hanc
regulam absit, & post tres Cleri ac po-
puli monitiones ultra præfixam diem ex-
tra Romam versetur, ipso facto, ait Im-
perator, dignitate sua privatum volu-
mus, aliumque Papam eligi, velut si ab-
sens obiisset.

§. XLVI.

Petrus Corbarius Antipapa.

Interim Papa cum Germaniæ Principi-
bus agebat de cooptando Imperatore
alio. At Ludovicus Bavarus eum præ-
venit alium Papam eligendum curans.
Is erat Petrus Rainallucius Corbariæ in n. 38. 39. &c.
Vading.
1328. n. 3.
Aprutio natus: qui sua in juventute con-
tubio

Sæcul. XIV. nubio junctam sibi ejusdem loci mulie-
A.C. 1328. rem post quinquennium invitam relin-
Bal. vit. to. I. quens Fratrum Minorum Ordini nomen
p. 143. 702. dederat, anno 1310. Romæ Pœniten-
703. &c. tiarium agebat pontificium intrante illam
Diff. Bonif. Ludovico Bavaro; veneratque in ma-
p. 554. gnâ exultationem virtutis, doctrinæ
 ac dexteritatis ad gerenda negotia. Hic,
 inquam, fuit, quem evehere ad ponti-
 ficatum Imperator statuit, Romæ habere
 Papam cupienti populo facturus satis. En
 actus ceremonias!

J. Vill. l. IO. Die Ascendenti in cœlum Domino sa-
c. 73. cra 12 Maji an. 1328 populus Romanus,
 viri ac foeminæ, quotquot volebant, ma-
 ne in arcam Vaticanam convenerant:
 cum Imperator in pegmate templum in-
 ter hujusque gradus exstructo comparuit,
 Imperii gerens insignia, multisque Cleri-
 cis, Religiosis, populi Romani Duce, &
 Aulicis stipatus suis. Tum Fratrem Pe-
 trum Corbarium accedere, & infra se
 confidere jussit de sua sella honoris cau-
 sa surgens. Erexit se simul Frater Nico-
 laus Fabrianensis ex Ordine Eremitarum
 S. Augustini, & orationem dixit in illa
Act. 12. v. II. S. Petri verba: *Nunc scio vere, quia misit*
Dominus Angelum suum, & eripuit me de
manu Herodis: quæ in rem præsentem
 ita transferebat, ut Imperator quidem
 Angelus, Joannes vero Papa esset Hero-
 des. Post sermonem prodibat in me-
 dium

dium Episcopus Venetiæ Jacobus Albertinus, & contenta voce ter rogabat Sæcul. XIV.
A. C. 1328.
populum, an Fratrem Petrum Corbarium vellet Papam. Perturbabatur vehementer hac ex re populus Romanorum aliquem sibi Papam decretum iri ratus: ob metum tamen affirmabat. Dein Episcopus Venetus decretum electionis legebat stante Imperatore: qui novum Papam Nicolai V nomine, annulo, & tra-bea insignitum sibi ad dextrum latus suum assidere voluit. Postea relicto folio S. Petri basilicam magna cum pompa ingressi, cum res divina solennissimo peracta ritu fuisset, publicum ad convivium se contulerunt.

§. XLVII.

Antipapa creat Cardinales.

Tertia post die dominica 5 Maji Antipapa Nicolaus designavit septem Cardinales, scilicet exauthoratum a Papa Joanne XXII Episcopum Venetum Jacobum Albertinum, modo ad Ostiensem cathedram translatum; Franciscum Albanensem Episcopum; Nicolaum Fabri-nensem ex Ordine S. Augustini Cardinalem Presbyterum de S. Eusebio; Petrum Oringhium pariter Presbyterum de S. Petro ad Vincula; Bonifacium Dominicanum; Paulum Viterbiensem ex Ordine Mino-

Vill. c. 75.
Bal. p. 707.
Rayn. n. 43.
Vad. 1328.
n. 9.

Sæcul. XIV. Minorum; Joannem Arlotum Canoni-
A.C. 1328. cum Vaticanum. Duos alios, ne con-
 sentirent, impediēbat religio. Priores
 tanquam schismatici a Papa Joanne sunt
 beneficiis privati suis. At Imperator eis
 præsidio fuit, comitatumque ac equos
 subministravit, ut Antipapæ. Quamdiu
 hic fuerat in Ordine suo, falsorum Spiri-
 tualium partibus adhærens culpaverat
 honores atque divitias veri Papæ, Car-
 dinalium, ac reliquorum Præfulum: &
 opinionem de summa Christi paupertate
 defenderat. Papam vero factum se vi-
 dens admisit, immo voluit cum suis Car-
 dinalibus habere suos equos, suos dome-
 sticos famularibus indutos vestibus, suos
 ephebos, suos Viros nobiles, ac mensæ
 convivas multos adhibebat, ut alii. Im-
 perator hos sumptus, ut poterat, sugge-
 rebat. Sed cum etiam ipsum deficerent
 opes, Antipapa privilegia, dignitates, ac
 beneficia brevi vendere cogeatur, col-
 lationes eorum a Papa Joannes factas
 rescindens.

§. XLVIII.

Ludovicus iterum coronatur.

Quarto decimo Maji Imperator Papæ
 relicto palatio Vaticano Roma Ti-
 bur profectus, die sabbati 21 ejusdem
 mensis advenit Fanum S. Laurentii ex-
 tra

Vill. c. 76.

tra moenia Romana situm, cuius per am-
 bitum suis cum copiis confidebat. Pro-
 ximo die Pentecostes 22 Maji Romam
 intranti Antipapa cum suis Cardinalibus
 usque ad palatium Lateranense obviam
 processit: tum simul transibant per ur-
 bem, & ad Vaticanam basilicam ex equis
 descendebant: ubi Antipapam pileolo ru-
 bro ab Imperatore tectum in Episcopum
 consecrabat primus suorum Cardinalium
 Jacobus Albertinus falso habitus Epis-
 copus Ostiensis, antehac Venetus. Lu-
 dovicus erat, qui Antipapæ coronam im-
 posuit: per quem dein eodem die se de-
 nuo coronari Imperatorem curavit, ut
 dicere posset, sui electionem a Papa con-
 firmatam fuisse. Antipapa postea plures
 Legatos fecit in Lombardia & alibi: Im-
 perator vero Roma discessit relinquens
 pro Senatore Rainerium Fagiolam: qui
 duos frugi homines Hetruscum alterum,
 alterum Lombardum comburi voluit, pro-
 pterea quod Petrum Corbarium esse Pa-
 pam legitimum negassent.

Sæcul. XIV.
 A. C. 1328.

Chr. Aul.

reg. c. 2.

Rebdorf.

p. 424.

Vit. Pap.

to. I. p. 148.

§. XLIX.

*Andronicus Junior seditionem
 concitat.*

Sub idem tempus etiam Constantinopo-
 lis mutatam vidit scenam. Ut supra
Sup. §. 13.
Hist. Eccles. Tom. XXIII. X legi-

Sæcul. XIV. legimus, Imperator Andronicus sibi ad-
A.C. 1328. junctum Imperii socium nepotem suum
 pariter Andronicum nomine per Patriar-

Nic. Grego- no 1325. Non diu stetit illorum confen-
ras l. 9. c. 2. sio. Andronicus Junior conquerebatur

de imbecillitate avi sui, qui confectus se-
 nio negligeret negotia, & destitueret po-
 pulum barbarorum injuriis, expilationi-

bus, servituti, ac neci expositum. Reve-
 ra Turcæ in dies plura ditioni addebant
 suæ, ac incursiones usque ad portas Con-

stantinopolis faciebant. Imperator Se-
 nior negabat se posse animum inducere,
 ut Imperii clavum cederet juveni nihil

experto, qui ne sibi quidem imperare
 nossent, ac rudium consilia juvenum seque-

retur: quibus Imperii possessiones com-
 mitteret, solis canibus avibusque inten-
 tus suis, & noctes convivii ac volupta-

tibus traducens. Hæ querelæ mutuae
 in apertum tandem dissidium, bellumque
 civile erupuerunt.

c. 3. Imperator Junior validarum partium
 præsidio fultus quibusdam Thraciæ ur-
 bibus captis Constantinopolim adiit, cu-

c. 1. jus ingressi avus eum suus prohibuit.
c. 2. Sed prope desertum se videns, Patriar-
 cham Isaiam ac Episcopos accersivit ro-

gandos sententiam. Volebat nepotis sui
 nomen deleri publicis e precibus, eique
 anathema intentari, ut rediret ad offi-
 cium

cium. Prudentiores doctioresque annue-
bant: sed Patriarcha, nonnulli Episcopi,
ac de Clero quidam discrepabant. Sur-
gebant igitur, & nullum locuti verbum
domos abibant suas. Noctu postea con-
gregati ad Patriarcham conjurabant in
Andronicum seniore[m] exemplo suo
multos, etiam insignes viros ad conflan-
dam clanculum conspirationem trahe-
bant. Triduo post Patriarcha per soni-
tum æris campani convocata plebe diris
devovebat omnes, qui nomen Impera-
toris novi supprimerent, aut honorem
debitum dignitati ejus non haberent.
Alterum quoque anathema pronuncia-
vit in Episcopos contrariis studentes
partibus.

Imperator Senior hoc Patriarchæ in-
opinato agendi modo offensus inquiebat:
Si is, cujus est suadere pacem, per spem
sibi a nepote meo factam adeo contra
me concitari se passus gravitatem omnem,
ut se ducem præberet ejus partibus, om-
nem pudorem exuit, quis sistere vio-
lentiam populi inconstantis poterit?
Adversæ Præsules itidem congregati Pa-
triarcham ut seditionis authorem pro-
missis obcæcatum execratione devincie-
bant, proferentes contra eum authorita-
tem canonum, præsertim octavi decimi
ex concilio Chalcedonensi damnantis

Sæcul. XIV.

A.C. 1228.

Sup. lib. 28.

S. 29.

X 2

ricorum

Sæcul. XIV. ricorum Monachorumque contra Epis.
A. C. 1328. copos aut Clerum: unde inferebant
 fuisse crimen grandius conjurare con-
 tra Imperatorem, ac ei male precari nul-
 la habita ratione evidentium divini co-
 dicis inhibitionem. Imperator Senior,
 quo usque per ferociam res deducta sit,
 videns, ac pejora veritus Patriarcham
 cœnobio Manganico includi voluit sine
 vinculis, sed ita, ut nequiret egredi.

Ex. 22. v. 28.

Act. 23. v. 5.

1. Petr. 2. v. 17.

§. L.

*Andronicus Junior Constantinopolim
 capit.*

Cantacuz.

l. 1. c. 56.

p. 178. c. 58.

p. 184. c. 59.

Greg. l. 9. c. 6.

Cant. c. 59.

Interea Imperator Junior in castris pro-
 pe Constantinopolim positus versaba-
 tur: cum opifices duo e numero custo-
 dum portæ cujusdam Joanni Catauce-
 no Magno Domestico promifere se Impe-
 ratori portam tradituros. Postquam
 convenerat de die ac modo, res ita con-
 fecta est. Die Pentecostes 22 Maji post
 cantatas preces vespertinas Imperator
 per alterum opificem monitus collectis
 vasis per diem reliquum & maximam
 noctis partem exercitum duxit ad locum,
 cui nomen Clepta erat: ubi substitit ad
 multam lucem. Tum die toto ad no-
 ctem usque profecti Amblyopen prope
 Constantinopolim advenerunt. Appa-
 rato

rato illic molimine eadem nocte milites aliquot per duas scalas e funibus in murum enisi recludendam curabant portam: per quam Imperator cum copiis urbem intravit obluſtantem habens neminem.

*Sæcul. XIV.
A. C. 1328.*

Incedentium tumultum, armorum strepitum, & populi plausus audiens Andronicus Senior ante imaginem SS. Virginis sub titulo Ducis viæ multos abhinc dies in palatium translata[m] se prostravit, divinæ Matri vitam commendans suam.

*Greg. c. 6.
n. 4. 5.*

Et vero Imperator Junior, antequam adiret aulam, convocatis præcipuis ordinum Ductoribus, necui mortem vel injuriam inferrent, difertissime interdixit, hunc eventum soli adscribens Deo. Ingressus aulam salutabat avum more solito: cumque confedissent, colloquentes aliquamdiu, malitiæ dæmonis, ea, quæ acciderant, tribuebant. Andronicus Junior in facellum Virginis viæ Ducis se contulit, cui de prospero rei successu gratias egit. Deinde in monasterium Manganicum delatus eductum inde Patriarcham jussit e familiaribus equis suis unum incendere. Non autem Episcopi, non Sacerdotes eum comitabantur; sed tibicines, saltatores, ac fœminæ idem factitantes. Inter alias quædam famosissima omnium, exercitum sequi solita vehebatur equo virilibus induta vestibus, atque per dicta personæ suæ congruentia

Cant. p. 186.

Sæcul. XIV. tia præsentibus movebat risum. Sic Pa-
 A.C. 1328. triarcha per triumphum reducebatur.
 Greg. c. 7. Habes nunc ea, quæ facta sunt, die ter-
 tia Pentecostes 24 Maji.

Vesperis, cum Imperator Junior repe-
 teret aulam, a Niphone veteri Patriar-
 cha sibi occurrente rogatus, quomodo
 suum tractare avum vellet, Humaniter, a-
 jebat, & tanquam Imperatorem. Tum
 Niphon: Si regnare sine metu cupis, o-
 mnibus privatum insignibus imperatoris,
 & sordido indutum cilicio in carcerem
 aut exilium mitte! Scilicet infixus Ni-
 phonis animo hærebat dolor, quod An-
 dronicus Senior ipsum gradu moveri si-
 verit, putabatque se posse denuo hunc
 conscendere. Quidam eorum, quibus
 ad Juniorem patebat aditus, similibus
 verbis eum cohibebant, ne suum avum
 velut Imperii socium observaret. Itaque
 post multas deliberationes statutum est,
 ut retineret imperatoria ornamenta, &
 maneret in palatio; exiret vero nun-
 quam, nullique negotio se admisceret;
 haberet tamen, unde decenter viveret
 cum ministris suis.

*Patriarcha Isaias reconciliatur
Episcopis.*

Tantum aberat, ut Patriarcha Andronici Senioris doleret vicem, ut gaudio dissimulando impar hæc Psalmi verba diceret: *Lætabitur justus, cum viderit* *Pf. 57. II.*

vindictam. Tum Episcopos & Sacerdotes adversos sibi & Andronico Seniori addictos, puniens ad tempus abstinere munere jussit alios: aliis per omnem vitam divina interdixit. Imperator Junior Patriarcham adiit, actisque gratiis familiariter cum eo colloquens de Episcopis tanquam proditoribus amare conquerentem, ut eis ignosceret, prabat, sed incassum. Dein ad eum misit Magnum domesticum Joannem Catacucenum: qui *Catacuz.*
l. 2. c. 1. p. 192 primum nihil ei persuadere poterat acriter contendenti, ante veniam plectendos esse Præfules. Denique consensit, ut judicarentur in concilio, cui adesset non ut Judex, sed ut pars.

Præscripta die Episcopi omnes in palatium Patriarchæ convenerant. *p. 196:* Catacucenus & ipse præfens Præfulibus accusatis commendabant silentium, se pro eis dicturum spondens. Patriarcha de illis exostulabat, quod eorum opera

Sæcul. XIV. pulsus de fede sua, & carceri mandatus
 A.C. 1328. esset. Reponerent nihil: & post lon-
 gum altumque silentium Cantacucenus

loquebatur hunc in modum: Dominus
 Noster in Evangelio ait: *Nisi abundave-
 rit justitia vestra plus quam Scribarum &
 Phariseorum, non intrabitis in regnum
 cælorum.* Nempe, ut ex vobis didici,
 non satis est par pari non referre, dum
 male accipimur, sed oportet insuper nos
 pro malo bonum reponere, quantum pos-
 sumus. Alibi nos jubet tegere pia ope-

Mat. 6. v. 1.

Mat. 5. v. 16.

ra nostra, & alia ex parte lucem eorum
 præferre aliis, ut laudent cælestem Pa-
 trem: quæ præcepta videntur esse con-
 traria. Ego autem existimo prius atti-
 nere ad nos imperfectos, qui monstrando
 bona opera nostra possemus eorum mer-
 cedem amittere; e contrario vobis Ma-
 gistris nostris tanquam virtutum exem-
 plaribus nemini non propositis in publi-
 ca luce facienda esse bona opera vestra.
 Igitur, si duri estis & implacabiles iis, qui
 vos offenderunt, quale nobis exemplum
 præbetis, & quas poenas in capita vestra
 non accersitis? Tum eis ante oculos po-
 fuit exemplum Andronici Junioris, qui
 generose modo pepercerit cuidam homi-
 ni privato propter atroces contumelias
 asperrimam necem expectanti. Et allo-
 quendo nominatim Patriarcham finem di-
 cendi fecit.

Surge-

Surgebant deinde omnes, etiam Pa-
 triarcha: & Præsules cæterique accu-
 sati auctore ac duce Cantacuceno ad Pa-
 triarchæ pedes advoluti, Da veniam Pa-
 ter, inquebant: erravimus: fac nobis de-
 lecti gratiam, ut & Pater cœlestis noxas
 tibi remittat tuas! Tum Patriarcha con-
 versus ad Cantacucenum, Implicasti me
 reti, aiebat, e quo expedire me nequeam.
 Non possum, quin agam, ut vis. Mox
 condonabat offensam supplicibus; mise-
 ricordiam pro eis exposcebat; amplecte-
 batur singulos; & in signum sinceræ re-
 conciliationis eisdem bene precabatur:
 denique conventum post breve alloquium
 dimisit. Accusati Præsules adierunt au-
 lam, ut Imperatori gratias haberent.

Sæcul. XIV.
 A.C. 1328.

§. LII.

*Ludovicus Bavarus relinquit
 Romam.*

Petrus Corbarius Romæ agere Papæ
 personam pergens 27 Maji an. 1328
 contra Joannem XXII duas edebat lit-
 teras. Prioribus confirmabat ejus abdi-
 cationem per Ludovicum Bavarum 18
 Aprilis pronunciatam; omnesque Cleri-
 cos tum seculares tum Religiosos Papæ
 Joanni adhærentes declarabat exutos
 cunctis beneficiis: quæ suo arbitrio re-
 serva-

Rayn. n. 44.
 45.

Sæcul. XIV. fervabat. Per alteras prohibebat, ne ho-
A.C. 1328. mines profani Jacobo Cadurcensi, nimi-
 rum Papæ Joanni ullo obedirent modo,
 vel Papæ nomen tribuerent, alioquin ple-
 stendi tanquam hæretici.

Rayn. n. 48.

Interim Ludovici Bavari fortuna se
 inclinabat. Amisit Pistorium, ubi capto
 Donato Augustiniano, quem Antipapa

Ughell. to. 3.
p. 373.

Episcopum ejus creaverat, Barenchus Ri-
 cardus ejusdem Præsul legitimus sedem
 iterum conscendit suam. Ludovicus i-
 pse occupatis quibusdam circa Romam
 locis regnum Neapolitanum ingredi fru-
 stra conatus per penuriam victus ac pe-

J. Vill. c. 78.

cunixæ 20 Julii redire Romam cogebatur.

c. 98.

Demum ibi non securus amplius 4 Au-
 gusti cum Antipapa suo inde Viterbium

abiit. Romani eos vocabant hæreticos
 ac proscriptos, clamabantque: Pereant,
 pereant! vivat sancta Ecclesia! Jacie-
 bant lapides in eos, & quosdam illorum
 comites necabant. Eadem nocte Ber-

tholdus Urfinus Cardinalis Legati nepos
 intravit Romam cum copiis: & mane

Stephanus Columna venit. Cardinalis
 Legatus Joannes Urfinus cum comitatu

suo dominica die 7 Augusti magno ibi-
 dem honore atque gaudio exceptus est.

Sic redeunte ad officium Roma contra
 Ludovicum & Antipapam multa fiebant:

in foro Capitolino comburebantur cun-
 cta eorum privilegia: ipsi pueri Germa-

norum

norum aliorumque Ludovici fautorum **Sæcul. XIV.**
 corpora e coemeterio eruta, & per ur- **A. C. 1328.**
 bem raptata in Tiberim projiciebant.

Papa Joannes acceptam Avenione **Rayn. n. 50.**
 rei prosperæ notitiam cum Rege Philip-
 po Valesio communicavit per epistolam,
 in qua scribit: Legato nostro intrante Ro-
 manam clamabat populus: Vivat sancta
 Ecclesia mater nostra! vivant sanctus Pa-
 ter noster Papa Joannes, & Cardinalis
 Legatus! intereant Petrus Corbarius,
 hæretici, Patareni, ac reliqui proditores!
 Et postea sacrum Christi sudarium per
 quosdam Romanos in Dominæ Nostræ
 templo Rotundo pavide custoditum a Le-
 gato pridie festum S. Laurentii nono Au-
 gusti sequente inter magnæ pietatis in-
 dicia Clero & populo in Vaticanam ba-
 silicam relatum, suoque in loco repositum
 honorifice fuit. Dabat 28 Aug.

§. LIII.

*Michaël Cæsenas insurgit in
 Papam.*

Fratrum Minorum Minister Generalis
 Michaël Cæsenas ex doctrina & vir-
 tute magni vir nominis eo tempore a
 Papa Joanne ad Ludovicum Bavarum &
 Antipapam transit. Anno priore, quod **Vad. 1327.**
 impugnaret decretalem: **Cum inter non- n. 6.**
 nullos,

Sæcul. XIV. A.C. 1328. *nullos, & tacite Imperatoris partibus fa-*
veret, accusatum quorundam Ordinis ne-
gotiorum causa intra spatium mensis A-
venionem petere Papa jufferat per epi-
stolam datam 8 Junii. Michaël Tibure
tunc ægrotans se per duos Fratres eo-
missos excusabat: sanatus vero Avenio-
nem advenit primo Decembris. Papa
humaniter recepto solum de disciplina
nonnullis in provinciis soluta, & de pra-
vo regimine quorundam Præsidium lo-
quens malis medendi potestatem fecit
amplissimam. Sed addita inhibitio, ne
sine permisso peculiari abiret ab aula, ve-
hementissime displicebat homini, & in-
jecit suspicionem amissæ Summi Ponti-
ficus gratiæ.

Id. 1328.
n. 12.

Rayn. n. 61.

Sup. lib. 92.
§. 63.

Sequente anno 1328 sabbato intra
 octavam Paschatis, nempe nona Aprilis
 Papa Michaëlem ad se vocatum præsen-
 tibus Cardinali Bertrando Turrio, Fratre
 Petro Pratensi Ministro provinciæ S. Fran-
 cisci, Fratre Raymundo Ladofio Procu-
 ratore Ordinis, & Fratre Laurentio Coël-
 lo Baccalaureo, ut vocant, Avenionensi
 acerrime objurgabat, appellans temera-
 rium, pertinacem, fautorem Ludovici
 Bavari, ac hæreticorum. Eo audaciæ,
 inquiebat, progressus es, ut de Christi
 paupertate interea, dum ea coram nobis
 & Cardinalibus examinabatur, opinio-
 nem damnatam in decisione comitorum
 Ordinis

Ordinis generalium Perusiæ confirmares. *Sæcul. XIV. 2.*
 Demum vetabat rursus, ne is ab aula *A.C. 1328.*
 discederet. Michaël per responsum in-
 solens Papæ in faciem resistebat, nega-
 batque objecta sibi, contendens decisio-
 nem Perusinam esse plane catholicam,
 & consentaneam divinis litteris ac san-
 ctionibus aliorum Paparum, præsertim
 decreto Nicolai III.

Tanto iratior Papa Doctores, qui Mi- *Vad. n. 13.*
 chaëlis responsa excuterent, accersivit
 eum damnaturus ut hæreticum. Illo-
 rum in numero erat Petrus Rogerius Mo-
 nachus & Abbas Fiscamnensis, postea
 Papa Clemens VI, qui hac de materia
 opusculum conscripsit. At Michaël con-
 clusionem hoc in conventu factam sibi
 non favere gnarus, ac ne decisionem Pe-
 rusinam retexere juberetur, metuens ap-
 pellabat tum ab inhibitione, ne abscede-
 ret, tum a decretalibus de paupertate
 editis, ac generatim ab omnibus præce-
 ptis, quæ Papa hoc in conventu contra
 ipsum Fratresque Minores daret.

Quantumvis indignatus hunc agendi *n. 14. 15. &c.*
 modum Papa Joannes nullam adhuc sen-
 tentiam in Michaëlem edidit. Satis ha-
 bebatur eum detinere Avenione, nec di-
 mittere ad comitia generalia Bononiæ
 celebranda die Pentecostes 22 Maji. His
 præsidere illo absente Cardinalem Ber-
 trandum

Sæcul. XIV. trandum Pojetum suum in Lombardia
A.C. 1328. Legatum, & curare secreto iussit, ut Mi-
 chaëli alius Minister Generalis per suffra-
 gia sufficeretur. Sed ille orante Rege
 Roberto confirmatus est in comitiis. Cum
 illi decretum confirmationis mitteretur,
 rogabatur simul, ut futura comitia Pari-
 siis habendo Reginae Joannæ Burgundi-
 cæ voluntati satisfaceret. Verum ante-
 quam confessus Bononiensis litteræ Ave-
 nionem venirent, Michaël Cæsenas inde
 jam aufugerat, scilicet die Jovis 26 Maji
 sub vesperum cum Guilielmo Ocamo &
 Bonagratio Bergomate. In portu urbis,
 cui nomen Aquæ Mortuæ, conscendit
Rayn. n. 62. lembum, dein triremem armatam, quam
 sibi a Ludovico Bavaro mittendam cu-
 raverat.

Papa ea ipsa nocte rem edoctus ma-
 ne Cardinalem Joannem Conveninum E-
 piscopum Portuensem & quosdam alios
 misit, qui Michaëlem seu volentem seu
 invitum reducerent. Advenerunt prius,
 quam triremis abiret. At nauclerus
 Cardinalem tam bene distinebat, ut is
 nec Michaëlem, nec socios ejus conspi-
 cere posset. Citatus tamen reposuit se
 nolle reverti ad Papam, a quo perperam
 exagitaretur, ac se denuo a vexationibus
 ejus appellare. Itaque profectus brevi
 Pisas ad Imperatorem venit.

Paulo

Paulo post ejus abitum delati Avenionem Fratres afferebant comitorum Bononiensium litteras, quibus ille confirmabatur in generali Ordinis ministerio. Sed Papa incensus ira infirmato hoc decreto contra Michaëlem sententiam divulgavit, cujus hæc erat summa: Tam Romæ quam alibi multos sparsit sermones contra fidem ac pro hæreticis. In jus vocatus adhibuit subdolás artes, ut ne se fisteret. Homines probos & ad id quod Ecclesiæ male habuit, & promovit affines pravis consiliis. Cum potuissemus eum merito hæc ob crimina in carcerem mittere, honori Ordinis, cujus erat caput, pepercimus contenti prohibere, ne Avenione discederet. At Vaticanae fedi, ad quam ipse aspirasse dicitur, impositum a Ludovico Bavar. Romanisque obtrusum esse quendam Ordinis sui fratrem resciscens Avenione noctu clam abiit cum improbis quibusdam sociis: inter quos erant ejusdem Ordinis fratres, Bonagratus suas ob noxas in nostra curia detentus, & Guilielmus Ocamus Anglus, obnoxius inquisitioni per auctoritatem nostram dudum inceptæ propter opiniones falsas ac hæreticas, quas scripserat, docueratque. Idcirco Michaëlem Cæsenatem exauthoravimus; & in ejus locum de consilio Cardinalium substitutus Bertrandum Turrium Cardinalem Episco-

Secul. XIV.
A. C. 1328.

n. 63.

Sæcul. XIV.
A. C. 1328. Episcopum Tusculanum, omni instructum potestate coercendi rebelles fratres Ordinis. Dabat 13 Junii anno 1328. Bertrandus Turrius Minorum institutum professus erat.

Vad. n. 18.

Michaël Cæsenas visa hac Papæ sententia 18 Septembris tam suo quam omnium nomine fratrum sibi adhaerentium appellabat ad Ecclesiam catholicam, futurumque concilium. Litteræ publicæ Notarii chirographo munitæ Pisis solenniter promulgatæ, ac foribus templi cathedralis affixæ sunt, quin etiam ad Papam missæ in forma authentica. Is vero ad cunctos Præsules Principesque scripsit, ut ipsius sententiam executioni dari, ac Michaëlem & socios ejus in carcerem compingi juberent. Sed erant Pisis securi sub præsidio Ludovici Bavarum.

Rayn. n. 64.

§. LIV.

Ludovicus Bavarus Pisis commoratur.

Sup. §. 45.

J. Vill. l. 10.

¶ 104.

Hic Princeps Roma Tudertum, & ultimo Augusti Viterbium petiit cum Antipapa: quo ibi relicto Castrum Novum adiit collocuturus cum Petro Siculo, quem pater suus Rex Fridericus miserat. Ludovicus 10 Septembris inde Pisas

Pifas proficiscens in hoc itinere Doctorem Marsilium Patavinum amisit in loco, cui nomen Mons Altus, mortuum. saecul. XIV.
A.C. 1328.
 Rosetum 15 Septembris, Pifas vicesimo primo advenit: ubi magna exceptus laetitia per hunc annum reliquum cum Aulicis manebat suis.

§. LV.

Petitio Philippi Majoricani.

Jacobi Majoricæ Regis tum clavum tenentis patruus & antea tutor Philippus Papæ libellum supplicem obtulit, in quo se S. Martini Turonensis thesauro præfectum nuncupat, & hanc in sententiam loquitur: Evangelica non præcepta solum, verum etiam consilia secuturus Vad. n. 29.
Rayn. n. 83.
 elegi S. Francisci regulam, ad quam me voto adstringere volo. Proinde supplico Sanctitati tuæ, ut mihi meisque sociis præsentibus ac futuris eam liceat observare pure ac simpliciter sine interpretatione, extra societatem hodiernorum Fratrum Minorum, & citra obedientiam Ministris Ordinis præstandam. Quamquam non carpo illos, qui expositiones declarationesque Summorum Pontificum receperunt: cum in via Dei alius sic incedat, alius aliter. Oro etiam, ut ego ac socii mei abdicatis rebus fluxis
Histor. Eccles. Tom. XXIII. Y mox

Sæcul. XIV. mox ad professionem regulæ admittamur,
A.C. 1328. quia omnes jam in vestibus profanis per
 annum & amplius vitæ religiosæ tiroci-
 nium posuimus.

S. Francisci testamentum æque ac re-
 gulam colere cupimus, nec de stipe mo-
 do, sed etiam ex labore manuum vive-
 re; nusquam sine permissu Præfulum col-
 locare sedem, nec aliquam tenere diutius,
 quam placuerit Episcopis, iisque, qui no-
 bis eam tradiderint. Finit hoc modo:
 Quamvis indignus sim perfectione, quam
 expeto, indignius tamen foret eam nega-
 ri mihi: & quia hanc perfectionis semi-
 tam Spiritus Sanctus commonstrat, illi,
 qui vitæ Christianæ pretium noverant,
 haud ambigerent, quin hæc repulsa ve-
 nisset a spiritu malo. Quam si accipi-
 mus, quid restat? Audiet Coelum, quæ
 loquor: audiet terra verba oris mei. Pa-
 pa nullam hujus postulationis rationem
 duxit. Nempe S. Francisci regula post
 experientiam annorum centum non cre-
 debatur ad litteram servari posse. Id o-
 stendere videtur consensus recusatio in se
 spectata; etiamsi ad eam impellere Pa-
 pam potuerit libelli supplicis conclusio
 parum reverens.

§. LVI.

Ecclesia Hungarica.

Eodem anno Papa Joannes quibusdam in Hungaria Religiosis, qui S. Paulum primum eremitam in patronum suum cooptaverant, permisit, ut sequerentur S. Augustini regulam, & in suis comitiis eligerent Priorem Generalem, qui mores ipsorum inspiciendi ac emendandi jus haberet. Concessit autem rogatu Caroli II seu Charoberti Regis Hungariæ per diploma datum 22 Nov. an. 1328. Primæ, quas sciam, hæ sunt litteræ authenticæ, quæ horum Regularium mentionem faciant: indicant tamen, eos jam fuisse in Hungaria & alibi. Ut idem Rex Papæ conquerebatur, Ecclesiastici, qui jure decimarum gaudebant, eas exigebant duriter a Cumanis, Valachis, Sclavis, cæterisque ethnicis Christo adjunctis. Unde fiebat, ut novi Christiani his pensionibus haud assueti dicerent se invitatos ad catholicam fidem amplectendam, ut bona sua Clero traderent: quæ res multos avertibat a religione sana, cui se libenter addixissent. Papa igitur per litteras Præsules Hungariæ jussit erga recens traductos ad sacra Ro-

*Rayn. n. 83.**Rayn. præ-
termiff. ibid.*

Y 2

mana

Sæcul. XIV.
A. C. 1328.

mana, donec in cultu veri Dei plane confirmati fuerint, in colligendis decimis magnam humanitatem ac indulgentiam adhibere, ut ne sentirent se nimio pressos onere, quin etiam reliquos ad fontem salutis accerferent. Dabat 8 Maji.

§. LVII.

Antipapa versatur Pisis.

Imperator Ludovicus Bavarus continenter Pisis agens 12 Decembris ibi promulgandam curabat sententiam contra Papam Joannem Romæ datam eodem anno octava decima Aprilis die, qua ei dignitatem adimere se perhibebat. Hac in sententia contendit tres sanctiones, *Ad conditorem, Cum inter nonnullos, & Quia quorundam, esse hæreticas, impugnatque fusissime argumentis & auctoritatibus toties prolatis per Spirituales, ut se vocabant, Fratres, ita, ut liquido constet eam sententiam esse opus Michaëlis Cæsenatis, vel alius cujusdam ex illis: atque ridiculum est sic loquentem fingi Imperatorem non litterarum sed belli studiis assuetum, qualem ipse se dicit. Dissertationem illam fastidium creantem ita concludit: Jacobum Cadurcensem, quod sparserit hos contra fidem*

Sup. §. 37.

Baluz. 2. vit.

p. 523.

p. 543.

dem errores, ac pertinaciter defenderit, **Sæcul. XIV.**
 reputandum esse hæreticum manifestum, **A. C. 1329.**
 & dignitate omni, ac potestate sacra
 exutum declaramus: tum repetitur sen-
 tentia abdicationis, & inhibitio, nequis
 illi obtemperet, aut eum agnoscat Pa-
 pam. En promulgata Romæ! quibus
 sententia Pisana solum addit præceptum,
 universi ut Præfules, Optimates, Admi-
 nistrisque Imperii cunctis in locis suæ ju-
 risdictioni obnoxii ipsam edici curent
 demique Jacobo Cadurcensi omnem oc-
 casionem decipiendi populos ignaros
 rei.

P. 545.

sup Modico post tempore, nimirum 3 Ja- **J. Vill. l. 10.**
 nuarii anno 1329 Antipapa Petrus Cor- **c. 116.**
 barius delatus Pisas veluti Papa inter sex
 Cardinales suos urbem intravit. Ludo-
 vicus Bavarus cum suis & Pisanis per-
 honorifice illum excipiebat: Clerus ac
 Religiosi instructo ordine procedebant
 obviam: sequebantur Imperator & lai-
 ci magno numero pedibus alii, alii e-
 quis. Verum spectatores ajebant hanc
 ceremoniam eos invitos facere sibi vide-
 ri: probique ac prudentes Pifarum in-
 colæ vehementer turbati censebant pra-
 ve facere illos, qui rei indignissimæ o-
 peram navarent suam. Octavo ejus-
 dem mensis Antipapa concionem ha-
 bens

Y 3

bens

Sæcul. XIV.
A. C. 1329.

bens poenarum culparumque veniam dedit omnibus, qui Papæ Joanni nuncium remitterent, ac sententiam in hunc ab ipso latam comprobarent, dummodo intra octo dies sacra confessione perpurarent animos.

c. 119.

Rayn. 1329.

Vill. c. 123.

Imperatore Ludovico, & Actio Pro-Comite Mediolani Domino rogantibus Antipapa 29 Jan. Cardinalem decrevit Joannem Pro-Comitem Matthæi filium, Actii fratrem; & in Lombardiam misit tanquam Legatum suum. Sed Papa 15 Martii Cardinali Bertrando Pojeto suo ibidem Legato scripsit, ut Joannem Pro-Comitem, ac Luchinum ejus fratrem publice denunciaret piorum coetu motos tanquam schismaticos hæreticosque. Antipapa assidue Pisis hærens, atque in Archiepiscopi palatio cum suis habitans 18 Febr. conventum celebrabat, cui intererant Imperator, omnes ejus Proceres, & pars virorum urbis principum. Ibi post orationem edidit anathematis sententiam contra Papam Joannem, Regem Robertum, Florentinos, & partes eorum. Sed hunc confessum adeuntibus supervenit turbo, imber, & tanta grando, quanta nunquam alias Pisis fuerat. Et cum plerique Pisani crederent se perperam acturos,

acturos, si huic sermoni adessent, procel-
 la fecit, ut pauci eo venirent. Itaque
 Imperator armatos equites peditesque
 cum Duce per urbem misit, qui cives il-
 luc compellerent. Nec tamen numero-
 sus hanc per violentiam conventus erat.
 Dux, cum tetram inter tempestatem
 plateas obequitaret, frigore correptus,
 vespere intravit balneolas vini per i-
 gnem vaporati stillatiquē: quod fortui-
 to concepta flamma exussit virum cæ-
 teroquin sanum. Res miraculo Pisanis
 erat, in omen accepta pestiferum Impe-
 ratori & Antipapæ.

Sæcul. XIV.
 A. C. 1329.

Hic etiam novos fecit Episcopos, &
 Senogalliæ quidem Thomam, Auximi
 vero Conradum Augustinianos, & Fir-
 mii Vitalem Ordinis Minorum. Lega-
 tum in Corsicam, aliumque in Græ-
 ciam misit; ob quem Papa scripsit Con-
 stantinopolitano Patriarchæ Latino, &
 Archiepiscopis Patrensi, Thebano, Corin-
 thio, & Atheniensi. In epistola inquit:
 Ut audivimus, Petrus Corbarius, qui se
 nominat Nicolaum V Papam, in Roma-
 niæ partes, ubi catholica viget religio,
 vult mittere falsos Episcopos suæ factio-
 nis socios, ut ad schisma suum attrahat
 Christianos, ac redditus ecclesiasticos oc-
 cupet. Quocirca, si vestris in dioecesi-
 bus

Rayn. 1329.
 n. 2.
 Ughell. to. I.
 p. 784.
 Rayn. n. 3.

Sæcul. XIV. **A.C. 1329.** bus inveneritis homines a memorato Petro aut hujus nomine missos, qui hæresim per nostras sæctiones damnatam disseminent, eos a vobis capi, & valida sub custodia, si commode fieri possit, ad nos mitti volumus. Dabat 7 Maji anno 1329.

J. Vill. l. 10. **c. 130.** Imperator tertio Idus Apriles Pisis in Lombardiam abiit gaudentibus admodum Pisanis, quibus odiosissimum se reddiderat per intolerabiles exactiones suas.

Bern. Guid. **to. 1. Baluz.** **p. 143. & not.** **p. 170.** Urbis Præfectum reliquit Tarlatum Aretinum: qui ejus dominium sibi vindicare conspirantibus Pisanis cupiens coepit de pace agere cum Ecclesiæ partibus & Florentinis. Dimissus a Pisanis Petrus Corbarius Antipapa fidei publicæ testes litteras, ut Imperatorem in Lombardiam sequeretur, à Tarlato petit; sed frustra. Tum uni de primariis Pifarum civibus, Comiti Bonifacio Novellio Doneratico se clam commisit: a quo de nocte in castellum ipsius Burgarium triginta quinque millia passuum Pisis remotum missus est cum quodam ex falsis Cardinalibus suis. Is erat Paulus Viterbiensis Frater Minor, qui postea in Germaniam se recepit. Tres menses Antipapa latuit in illo castro. At cum Florentini suas copias hunc tractum ver-

sus

Vading.
1328. n. 10.

fus duxissent, Comes Bonifacius, ne illum abstrahere cogitarent, veritus quam potuit, secretissime reductum Pisas, & in ædibus suis abditum servabat usque ad Augustum sequentis anni.

Sæcul. XIV.

A. C. 1329.

§. LVIII.

Michaël Cæsenas condemnatur.

Unus ex præcipuis Antipapæ adiutoribus Michaël Cæsenas comitabatur Imperatorem: quicum tandem Germaniam petiit, se nunquam non gerens pro Ministro Fratrum Minorum Generali. Idcirco Papa die Coenæ dominicæ 20 Aprilis anno 1329 edidit litteras, in quibus ei exprobrat, quod Ludovico Bavaro & Antipapæ addictus calamo & ore impugnaverit sanctiones pontificias, præsertim illam, cui esset initium: *Cum inter nonnullos.* Quibus de causis eum condemnat ut hæresiarcham & schismaticum, omnique officio, honore, ac dignitate exutum declarat.

Rayn. n. 21.

Paulo post Michaël ministerium generale Ordinis amisit in comitiis Lutetiæ die Pentecostes habitis, quæ anno prior indixerat Cardinalis Bertrandus Pojetus per Papam designatus Ordinis

Sæcul. XIV. Pro-Minister Generalis. Michaël hanc
A.C. 1329. fui abdicationem haud abs re metuens,
Vading. per Reginam Franciæ Joannam Bur-
1329. n. I. gundicam magnopere posci curavit co-
Vading. n. 2. mitiorum prorogationem in triennium,
Duboulai utpote consuetum tempus. Papa repo-
to. 4. p. 220. sivit, Fratres Minores generatim valde
 probari sibi; ac per singularem quorun-
 dam seditionem auctum fuisse amorem,
 quo ferretur in reliquos, qui persisterent
 in obedientia & studio erga Supremam
 Sedem. Ut comitia extraherentur, ad-
 debat, concedere haud potuimus: quia
 omnes per Italiam Ministri, cæterique
 Fratres, qui eis adesse debent, jam su-
 peratis Alpibus Parisios celerrime ten-
 debant. Præstat vero Ordinem regi per
 Ministrum Generalem obeundis parem
 cœnobiis, quam per Vicarium, qui hoc
 agere forsitan nequiret. Verum est:
 hujus Ordinis comitia quovis triennio
 sunt habenda; sed tunc, cum Minister
 Generalis datur. Nam si mortuus vel
 exauthoratus est, ut modo: comitia pro-
 ximo Pentecostes festo sunt celebranda.
 Scribebat 5 Maji.

Vad. n. 7.

Igitur Fratres Minores Parisiis die
 Pentecostes 11 Junii anno 1329 sua co-
 mitia habebant ac Præsidem Cardinalem
 Bertrandum Pojetum Episcopum Ostien-
 sem.

fem. Una omnes voce cum Universita-
 te Parisiensi declarabant Joannem XXII
 a Michaële Cæsenate cæterisque schis-
 maticis perperam ac impie accusari; fo-
 lum esse Papam verum; & Michaëli
 merito abrogasse munus. Deinde ut
 calumniis, quas adhibuisset forsân, oc-
 currerent, ipsi eum movebant gradu, ei-
 que sufficiebant Fratrem Geraldum O-
 donem, Doctorem Parisinum, ex pro-
 vincia Aquitanica, natum Castri Rodul-
 phi in Bituricensi agro, Papæ cognitum
 & charum. His in comitiis finiebant
 quæstionem de paupertate Christi, de-
 cretalem Nicolai III, ac decisionem co-
 mitiorum Perusiensium cum sanctionibus
 Joannis XXII conciliantes. Sic Ordini
 Minorum reddita est tranquillitas.

Sæcul. XIV.
 A.C. 1329.

Id. Script.
 p. 145.

§. LIX.

Errores Ecardi Dominicani.

Modicum abhinc tempus Papa errores
 Ecardi celeberrimi Doctoris Colonien-
 sis ex Ordine Prædicatorum damnave-
 rat: ut indicat in litteris, ubi ait: Per
 inquisitionem in eum factam ex autho-
 ritate Henrici Colonienfis Archiepiscopi,
 & in Romana curia iteratam liquido vi-
 demus hunc Doctorem ex sua ipsius
 confes-

Rayn. 1329.
 n. 70. 71.

Sæcul. XIV. confessione docuisse viva voce ac scripto
A. C. 1329. 26 puncta sequentia: Deus creavit mundum, ut primum ipse fuit: concedique potest mundum fuisse ab omni retro æternitate. In opere quovis, etiam malo æqualiter elucet gloria Dei. Qui vituperat aliquem, laudat Deum per ipsum peccatum suum: & impiis contra se verbis, laudatur Deus. Ac postea: **1. 2. 3. 4. 5. 6.** Transformantur in Deum penitus, sicut pronuncjata divinæ consecrationis formula panis convertitur in corpus Christi. Quidquid Deus Pater dedit Filio suo humana in natura, etiam mihi dedit: nec conjunctionem, nec sanctitatem excipio. Quæ codex sacer de Christo dicit, inveniuntur omnia in quovis homine probo & divino. Quæcunque naturæ divinæ sunt propria, conveniunt homini posito in gratia Dei: facit ille cuncta, quæ Deus facit: cum Deo creavit cælum ac terram, & Verbum æternum genuit: nec facere quidquam Deus sine tali homine posset. **14.** Homo pius debet voluntatem suam ad divinam profus conformare: & quia Deus quodammodo vult peccatum, nollem non peccasse: ita comparata est vera poenitentia. **23. 24. 26.** Deus sic est unus, ut nulla in eo detur distinctio ne Personarum quidem. Universæ res creatæ sunt merum nihilum.

Puncta

Puncta reliqua ad ista recidunt. Papa con-
demnat omnia, licet aliqua per explica-
tiones ac supplementa possint recipere
sensum catholicum. Dein adjungit: At-
tamen (quod volumus notum fieri) E-
cardus morti proximus hæc viginti sex
puncta, & generatim omnia, quæ scri-
psisset, docuissetque forsan fidei contra-
rium sensum habentia, recantavit, sua
scripta dictaque omnia Supremæ Sedis
authoritati subjiciens: ut patet ex litte-
ris publicis hac de re confectis. Dabat
27 Mart. 1329.

Ecardi paradoxa tantæ offensionis
speciem præbentia non obstabant, quin
magna esset in existimatione: ut appa-
ret ex scriptis Joannis Tauleri, qui eun-
dem professus Ordinem, & inter Theolo-
gos mysticos clarus eodem seculo medio
vivebat. Ecardum vocat insignem Theo-
logum, & monita ejus apprime spiritua-
lia refert. Quapropter hujus paradoxa
nimis subtilitatibus scholasticis, mystico-
rumque Theologorum immoderatis elo-
quendi rationibus adscribi queunt. Nam
in iis, quæ de nostri transformatione in
Deum, ac de conformatione animi ad vo-
luntatem divinam asserit, prope accedit
ad subdolas artes Begardorum sui tem-
poris, & Quietistarum nostri seculi.

Taul. conviv.

Sæcul. XIV.
A.C. 1329.

§. LX.

*Papa Pifanos Romanosque
absolvit.*

*Rayn. 1329.
n. 8.*

Interim Papæ autoritas in Italia instaurabatur. Pifani ab Antipapa, qui non apparebat amplius, & a Ludovico Bavaro liberi ad Papam miserunt Legatos; qui sic ei loquebantur: Cum Ludovicus Bavarus nobis significasset, se velle urbem adire nostram, oravimus, ut ne veniret sine consensu Ecclesiæ; illique ad nos delato fortiter restitimus per mensem & amplius, donec omnis auxilii speique ipsius privatio diutius reluctando impares nos reddidit. Tum nobis invitis nostram intrabat urbem magno cum numero equitum peditumque armatorum, secum habens Castrucium nostrum hostem, Guidonem exauthoratum Episcopum Aretinum, pluresque alios rebelles contra Ecclesiam. Narrabant postea Legati, quomodo Ludovicus Antipapam Pifas introduxerit, eum agnosci Papam, eique morem geri jussit. Verum hæc agendi ratio, addebant, nobis visa est abominanda, te verum esse Papam firmissime semper credentibus, & a catholica, quam doces, fide nunquam digressis.

Post-

Postquam Ludovicus a nobis disces-
ferat, Antipapam & hujus ministros cum
ignominia dimisimus, manus eis injice-
re tum non ausi præ metu relictæ a Bava-
ro Præfecti ac præsidii. Sed & his post
vires receptas strenue pulsas observavi-
mus interdictum antea violatum, & Ar-
chiepiscopo nostro Simoni obedientiam
rursum præstitimus. Ut igitur e memo-
ria deleas errata nostra, in gratiam nos
recipias, urbem ac ejus territorium inter-
dicto, nos censuris liberes, supplicamus
parati satisfacere, ac subire poenam, quam
nobis imponere placebit tibi. Hæc cum
in senatu Legati protulissent, Papa excu-
satos habens Pisanos absolvit: ut indi-
cat per litteras 15 Septembris datas.

Sæcul. XIV.

A.C. 1329.

Sic egit etiam cum Romanis, qui ab
initio anni redeuntes ad officium, fide-
litatem Papæ juraverant inter manus
Joannis Cardinalis de S. Theodoro pon-
tificii per Hetruriam Legati. Deinde
missus ab illis Ildebrandinus Patavinus
Episcopus ipsorum nomine flagitavit a
Papa veniam, quod Joanne Achajæ Prin-
cipe, ac eodem Legato Roma exclusis in-
trudi Antipapam, & Ludovicum corona-
ri siverint. Papa se illis ignoscere signi-
ficavit per litteras 13 Octobris scriptas.

Rayn. n. 18.

Sæcul. XIV.
A.C. 1329.

§. LXI.

Papæ litteræ: Quia vir reprobus.

Præter litteras mense Aprili contra Michaëlem Cæsenatem editas evulgavit fusissimas, seu potius librum, ut suas tres sanctiones *Ad conditorem, Cum inter nonnullos, & Quia quorundam* tueretur adversus ea, quæ Michaël objecerat sive in aliis scriptis, sive in sententia contra Papam 18 Apr. 1328 promulgata. His postremis in litteris inchoatis per voces:

Rayn. 1329.
n. 22.

Quia vir reprobus, ad singula, quæ Michaël contra tres sanctiones dixerat, Papa respondet ita, ut uberrime colligat argumenta jam toties pertractata de paupertate Christi, & Apostolorum, ac de perfectione regulæ S. Francisci. Sed ibidem facit quasdam propositiones, quas postea Michaël redarguit, & quæ huic dederunt anam accusandi illum de hæresi.

§. LXII.

Regnum Christi.

Prima earum & ponderosissima est, quod Christus ut homo dominium quorundam bonorum, ac generatim omnium rerum profanarum habuerit tanquam verus Rex ac Dominus orbis universi. Id Papa vult probare per vaticinationes, quæ afferunt

n. 95.

asserunt Messiam fore Regem; Deum da-
 turum illi esse imperium in cunctas ter-
 ræ nationes; ac regnum ejus nunquam
 finitum iri. Insistit legis novæ locis, ubi
 Christus appellatur Rex ac Dominus.
 Affert ipsius Christi ad Pilatum verba:
Regnum meum non est de hoc mundo; & ita
 explicat: Potestatem meam non habeo
 a mundo, sed a Deo. Subtilitas, quæ
 SS. Chrystomo, & Augustino, vel cui-
 quam Patrum in mentem non venerat:
 Domini Nostri verba in ipsorum naturali
 sensu intelligebant credebantque illum
 voluisse simpliciter dicere: Regnum
 meum non respicit res terrenas profanas-
 que; est nobilioris, sublimiorisque gene-
 ris; attinet ad everisionem peccati, ad
 constitutionem justitiæ, ad regimen ani-
 marum, ut ducantur ad felicitatem per-
 petuam.

Michael Cæsenas hanc Papæ propo-
 sitionem impugnabat ut oppositam suo
 systemati de paupertate perfecta: & hæ-
 resim vocabat dicere, Christum tenuisse
 dominium rerum profanarum, interea
 dum suaderet suis discipulis, ut eas ab-
 dicarent. Verum Papæ sectatores hac
 ipsa ex propositione ducebant confecta-
 ria inaudita, ut curiæ Romanæ sensa ful-
 cirent. Alvarus Pelagius Hispanus ex
 Ordine Minorum Doctor celeberrimus, tum Pa-
 pæ Pœnitentiarius, postea Silvensis in
Histor. Eccles. Tom. XXIII. Z Lusi-

Sæcul. XIV.

A. G. 1329.

Jo. 18. v. 36.

Chryst. hom.

83. Aug.

tract. 115.

n. 2.

Contra er-

ror. P. c. 1.

to. 2.

Mon. Gold.

p. 1347.

pro com.

Sæcul. XIV. Lusitania Episcopus hoc eodem anno
A. C. 1329. Avenione scripsit suum opus de querelis

Lib. I. c. 13. Ecclesiæ, ubi ait: Ut Christus est solus
Pontifex, Rex, ac Dominus totius orbis:
sic in terra unum solum habet Vicarium
universalem in rebus omnibus. Ac dein-
de: Christus Petrum instituens suum Vi-
carium non divisit potestatem, quam ha-
bebat, sed plenam illi dedit, ut eam ha-
bebat ipse. Et rursus: Papa non est Vi-
carius meri hominis, sed Dei: atqui Do-
mini est terra & plenitudo ejus: igitur &
Papa illam totam possidet. Atque ite-
rum: Imperatores ethnici nunquam ju-
ste tenuerunt Imperium: nam qui Deo se
adeo non submittit, ut ei per cultum fal-
si Numinis aut per hæresim adversetur,
nihil potest juste sub illo possidere. Nul-
lus Imperator jus gladii legitime exer-
cuit, nisi hoc acceperit ab Ecclesia Roma-
na; præsertim postquam Christus S. Pe-
tro utramque potestatem dedit. Quippe
ad eum dixit: *Dabo tibi claves regni cœ-
lorum; non clavem, sed claves; alteram
ad res sacras, ad profanas alteram. Ec-
cæ consecraria, quæ tum temporis
conficiebantur de regno*

Christi.

